

liaribus distans ab Orthono sanctitatis opinione insigni Bambergensi Antistite, an. 1120. a fundamentis extructa, atque Ordini Praemonstratensi assignata fuit. Verumenimvero ab his tandem ad Carthusianos anno redempti Orbis 1351. est devoluta opera nimirum Reverendi, ac praenobilis viri D. Eberhardi de Rider, Cathedralis Ecclesiae Herbipolensis Decani. Porro in bello illo rustico, a Luthero, ejusque affectibus horrendum in modum excitato, profus incinerata, consumptaque fuit, anno nimirum superioris aevi xxvii. Quin & in bello Margravico an. m. d. lxx. miserè spoliata, atque exactionibus exhausta, adeoque attrita, ut de ea conclamatum omnino fuisset, nisi Nicolaus Comes, domo Belga, ac professione Colonienfis, vir nimirum magnae industriae, juxta & constantis animi, eo circa an. Dom. m. d. lxxv. Superiorum auctoritate relegatus, collapsa restaurasset, ac dispersa congregasset: ita ut aliquandiu totius Provinciae seminarium existeret, etiam nunc quam optime audiat, insignique pietate floruit.

3. Hortus Angelorum, haud procul a Vvirceburgo, Franconiae metropoli, primum habuit fundatorem Rever. ac Nobilem Virum D. Eberhardum de Hirscheim, Canonicum, & Archidiaconum Ecclesiae Herbipolensis: quippe cujus ope B. suprema manus operi imposta, qua aedificiis erigendis, quaque censibus dotandis: ita tamen, ut etiam alii complures largas applicaverint manus. Ceterum & hominum incuria, & temporum injuria, etiam huic loco non exigua illata clades, adeo ut periclitari magnopere potuisset, ni duae insignes loci hujus columnae tantam tempestatis vim valide sustentissent: nempe Gerardus Agricola, ac Joannes Mulnerus: quorum hic non ita pridem magno, cum Provinciae istius luctu, ac detrimento Visitator obiit. Cujus ope, & industria, ita haec tempestate felix ille Angelorum hortus efflorescit, ut quam plurimis admirationi sit, ne dum imitationi. Habet enim viros non pietate solum, sed & eruditione celebres: e quibus, ut ceteros quorum in Bibliotheca Carthusiana sit mentio, omittam, imprimis occurrit Simon Vveiferus: & quem ipse olim in spiritualis vitae palestra erudit, D. Erhardus Vvinheimius, Agrippinensis auctor Sacrae. Floruit etiam illic olim R. D. Vvaltherus, Diagorganensis, Episcopus 30. annis Bambergae, & Herbipoli in Pontificalibus Vicarius familiae, quondam Dominicae ex professo Monachus: qui strictiori, C. quietiorique sese vitae in senio dedens, Carthusianorum illic institutum amplexus, quam pietissimè in Domino obdormivit.

4. Mons S. Salvatoris apud Erfurtum, sive Erfordiam, non incelebre Thuringiae oppidum, Moguntino Archiepiscopo subditum. De cujus cenobii initis ita Nicolaus Serarius Societatis Jesu Theologus, 5. historiae Moguntinae, pag. 861. ubi de rebus gestis Joannis XLV. Archiepiscopi pertractans: Anno, inquit m. ccc. lxxii. cepit Erfurtenfis Carthusia, prout in ejus notatur peryllio. Cum enim ad auxilium montem, de quo libro tertio, notatione 20. dixi, miraculorum, quae divinitus ibi fiebant, causa, concursus esset plurimus, plurimaeque oblationes: harum pars tertia Sacerdoti, qui sacra curabat, constituta fuit. Ille vero magnis inde ausibus divitiis, amico cuidam suo Joannis Ortonis, Dorlensi Praeposito, viro pio, negotium testamentum dedit, ut in Dei honorem, animaeque subsidium, ac salutem illas istuc conferret. Bona igitur & Reverendissimi Archiepiscopi, & Senatus Erfordiani venia decrevit, hic Carthusianum ad Erfordiam cenobium erigere. Cumque de opportuno loco esset sollicitus, architectum, qui circumspiceret diligenter D. omnia miserat. Huic vero affuit juvenis, qui locum ubi Carthusia nunc est, laudavit: simulque subito evanuit. Aequae hunc caelegantiam, & pulchritudine fuisse, asserit ab architecto ille, ut alterius libertem oculi jacturam faceret, si eum iterato foveat demaxat conspiciat daretur. Fuit autem consecrata novum hoc sacrum aedificium Anno millesimo trecentesimo septuagesimo quarto. Haenus Serarius. Porro postquam in Capitulo Generali zelus praefati Joannis Ortonis denuntiatus fuisset, misit ad eum Priores duos, qui constructam jam domum de manu fundatoris susciperent, nempe Joannem Priorem Moguntinum, cum Henrico N. Priore in Grunavv, quibus in dotem assignavit triginta circiter florenorum millia. Incorporata itaque fuit domus haec ordine, & pretioso Salvatoris titulo eam ob causam insignita, quod fundator plurimam pecuniam a Plebano Ecclesiae S. Salvatoris, uti superius ex Serario commemoratum, testamento consecutus fuisset. Hujus primis incolae fueret professi aliquot Carthusiae novae cellae in

Grunavv: videlicet Henricus Roehel primus loci istius Receptor: secundus, Conradus de Offinghen Procurator: tertius, Hermannus cognomento statuarius: Quartus, Hermannus de Suck Vicarius. Quibus deinde, & alii successerunt: adeo ut etiam nunc illic res monastica, tam personarum multitudine, quam cellarum amplitudine, non mediocriter floreat, licet Lutherorum malitia plurima saepe damna, ac facultatum suarum direptionem sustulerint.

5. Domus Sanctae Elizabeth, apud Henicum Thuringiae oppidum primor dia fua debet Carthusiae Erfordiensis: quae licet jam ab haereticis occuparet, habuit tamen olim viros exacte doctos: utpote cui Prior aliquando praefuit Joannes ab Hagen de Indagine.

6. Cella B. Mariae apud Norimbergam, dicecisi Bambergenfis, fundatorem habuit Marquardum Mendelium. Cenobium quondam opulentum, ac praclarum fuit, nunc vero Praedicatorum uxorum locum ignobile domicilium. De cujus fundatione consule lib. 6. Chron. Dorlandi cap. 20.

7. Hortus Christi, apud Noertlingam Sueniz oppidum, ab Illust. ac generosis Comitibus ab Oetingen fundata, liberaliterque dotata, ad peregrinorum manus devoluta, tandem Imperialis Camerae sententia, ac decreto Patribus Carthusianis an. m. d. xclx. adjudicata est, nisi quod executioni eos oporteat insistere, atque ab injustis possessionibus rem postliminio repetere.

8. Aula B. Mariae in Bruxia apud Memmingam, Sueniz oppidum, dicecisi Augustanae, Canonicorum Regularium olim domicilium extitit, ope vero fundatoris novi, D. Henrici de Ellebarch, Canonici Cathedralis Ecclesiae Augustanae an. reparatae saluti m. cccc. iv. Carthusianis assignatum, insigni aedificiorum splendore, nec non & opum magnitudine etiam nunc ceteris istius loci cenobis supereminet.

9. Pons B. Mariae in Altheim Franconiae, seu Franciae Orientalis pagus, tribus milliaribus Vvirceburgo distita, fundationis suae exordia jure merito debet D. Erckingo à Svarzenburch, cuius familia nunc Comes titulo virtutis ergo est insignita. Hic vivendi finem fecit an. m. cccc. xxxvi.

10. Domus Passionis Christi apud Legnitz in Silesia Ducatu, fundata est per Illustrissimum Principem Ludovicum, Ducem Legnizensem, & Brigensem, circa annum Christi G. m. cccc. xxx. deducta nimirum recenti Colonia ex Carthusia Ephordiana.

11. Monasterium B. Mariae, boni lapidis, Germanice Guldcstein, apud Urachum, Ducatus Vvirtembergensis oppidum: fuit olim Praeposita monachorum Benedictinorum, à Zvvisaldensi, dicecisi Constanfienfis Abbata dependens. Sed Ludovicus, & Udalricus Vvirtembergenses an. m. cccc. xxxix. eo loco Carthusianos collocarunt: teste Gasparo Bruschio in Chronologia Monach. Germania.

12. Mons S. Joannis Baptistae in Volgelsberch, quem Langravivus Hassiae in ditione sua anno m. ccc. xlii. construxit curavit. De quo in Carthusiae Erfordiensis Chronico haec reperitur. Sub viii. Priore Erfordiensis Joanne Rotlas Nimburchensi, monasterium quoddam Monialium in Hassia prodigaliter vivendo, interitus penè propinquum erat: unde cum praefato Priori id dono oblatum esset, is magna industria, ac parsimonia tantum effecit, ut rebus omnibus ad amulum compositis, pristino tamen splendore restitueretur, Carthusianoque instituto accommodaretur, licet nunc haereticorum rabie istdem de H. nuò sit ceptum.

13. Hortus B. Mariae in Illembach olim arx, à nobili quodam viro Balthazaro de Paer circa annum Domini m. cccc. lxx. Ordini ablata, ac tenuiter nimis dotata, jam nunc, si Deus ceperit, largaque bonorum Patronorum manus adjuverit, meliusculè habitura speratur. Est etenim loco accommodato, salubri, solitario, ac perameno: quinque milliaribus Vvirceburgo distans, duobus vero ab Altheimensi Carthusia.

14. Domus B. Mariae Annunciatæ, in Contradspurg apud Falkenstein, in dicecisi Halberstadiensis, fundata fuit à Cl. Dom. V. verno Baldevin IV. Doctore, qui obiit in habitu Carthusiano an. 1288. 17. Maii.

Inter praecipuos etiam Benefactores fuit R. D. Otto Pastor S. Catharinae in Brunsvicq, qui obiit an. 1479. aut praecedenti. Post haereticum sparsam domus à Lutheranis occupata est, quam ordo reposcet.

15. Cenobium Transfigurationis Jesu Christi Reinschavv propè

propè Zvviclavv in Misnia; Saxoniae Ducis fundasse circa an. Dom. m. cccc. lxxvii. perhibentur. De quo tamen in annalibus Carthusiae Ephordiensis haec ferè totidem verbis leguntur. Sub Priore xviii. Ephordiensis D. Jodoco Krielsen viro illoquente singulari, magnaeque industriae novellis furcibus ceptum est providi domui Transfigurationis: adductis ex Carthusia Ephordiana quatuor religiosi. Ordini vero dicta domus, cooperante Domino Ortonio, Praeposito Canonico Regularium, qui eam prius incolere, accessit. Ipsus enim, & Suorum pari consensu effectum est, ut per Sedem Apostolicam Ordo Carthusiensis ibidem erigeretur.

16. Domus S. Viri apud Ratisbonam Bavariae oppidum de qua Vvigeuleus Fundus sua in Metropoli Salsburgensi, que an. 1582. Ingolstadtii prodit, confessatur fuisse aliquando Benedictinorum Patrum domicilium, Quod Gerbrardus hujus nominis I. Ratisbonensis Antistes xiv. in fundo qui dicitur Pruel à Monasterio S. Emmerani per legitimam permutationem recepto, anno nongentesimo nonagesimo septimo adificavit. Quod tamen an. Dom. m. cccc. lxxxiv. Arbertus Bojaria Dux, cognomento sapiens, ejectione suo vitae distulationem Benedictinis, Carthusianis an. m. d. xclx. adjudicata est, nisi quod executioni eos oporteat insistere, atque ab injustis possessionibus rem postliminio repetere.

17. Monasterium S. Michaelis, apud Moguntiam, Rheno fluminis imminens: haud longè à forestissimo olim S. Albani cenobio Benedictinorum, fundatorem laudat Petrum Lxxxix. Episcopum, & xxxix. Archiepiscopum Moguntinum: qui istius Princeps. Testem habemus. Nic. Severarium lib. 6. Hist. Moguntinae Vide etiam Chronicon Hirsugiensis Joann. Tritheim ad an. m. cccc. xxxiv.

18. Monasterium S. Albani, extra muros urbis Treverorum, haud procul Mosela fluvio. Hujus & Confluentis cenobiorum fundator fuit Baldinus Archiepiscopus Treverensis: de quo Jusep. Dorlandus in Chron. lib. 6. cap. 24. p. 356. & Tritheim. lib. 6. superius citato ad an. m. cccc. xxxii.

19. Confluentium S. Beati cenobium, in monte situm, Rhenum inter, & Mosellam, haud longè à Confluentia, Moguntiae ditiosum oppidum, frequenter civium ad pias stationes concursu singulis hebdomadibus frequentatur, vide Petrum Catacolium in Catalogo Episc. Treverensium, in Balduino Comite Lutemburgensi, quem dicit obiisse an. m. cccc. lxxviii.

20. Monasterium S. Barbarae, in urbe Colonienfi, an. 1334. Vvaltramus Archiepiscopus Colonienf. fundavit, eo ferè loco, quo S. Severinus Episcopus epinicum Angolorum, animam S. Martini Turonensis Antistitis etis ad caelos deducit, audivit: qui fundus hodieque S. Martini ager nuncupatur. Dotem postea auxere virum pietum opulenti: de quibus ex aliis hic facientibus quae agit Erhardus Vvimbemius in suo Sacratio Coloniae Agrippinae.

Coloniensis porro Carthusia multos insignes viros, optime de Ecclesia libris etiam editis meritos protulit: in his Henricum Calcarientem, Vvernerum Rolevinkium, Petrum Blomvennam, Joannem Justum Lanfpergium, Theodericum D. Loerium Strataum, Laurentium Surium, Jacobum Moslandrum, Zachariam Lippelium, Theodericum Petreum, Cornelium Grafium, Anonium Dulkenium, aliosque pietate juxta ac eruditione praestantes.

21. Mons S. Mariae, apud Argentoratam, sive Strasburgum. Quod monasterium cum Lutherani bello Argentoratensi circa an. Dom. m. d. xc. evertisset, monachi in vicino tractu Molsheimensi sedem collocarunt. De hujus fundatione Dorlandus lib. 5. c. 25. p. 358. Colonienf. editionis.

22. Mons S. Joannis Bapt. apud Friburgum in Elvetiis. 23. Bethlehem B. Mariae, in Ruremundenf. Geldrorum urbe, ad Mosam flu. quod quidem cenobium excitavit Gerardus III. Geldria Comes, qui cum an. xxvii. praefuisset anno 1229. obiit: Henrico Aquitolo teste in Geldria cbr onico.

Hoc in Monasterio piissime vixit, & obdormivit Dionysius Richelius, Carthusianus cognomento per orbem notissimus: de quo sub. Mixtus in Elogiis Belgicis, & Anro. Posselinus in apparatus sacro, Tritib. Dorlandus, Sutor, & alii suffulsi. De monachis Carthusianis, à Guilielmi Nassovii, Araulien-

fium Principis militibus, pro Christo occisis, vide Theatrum crudelitatum haereticorum nostri temporis, auctore Ricardo E. Verlegano Antwerpiae editum. Et historiam P. Arnoldi Havenfii, Carthusiae Gandensis Prioris editam Coloniae an. 1608.

8. Domus S. Paula Porto montis apud Bernam Helvetiorum oppidum, à fidei sinceritate hoc tempore alienum, atque ideo à Carthusianis desertum.

9. Vallis S. Margaritae in urbe Basilenfi, quam circa annum Dom. m. cccc. vi. insigni prudentia, ac pietate vir Jacobus Zyebel, in Senatu Basilenfi Tribunus plebis suis sumptibus, qui amplissimi profecto erant, construxit: ibidemque non sine sanctitatis opinione diem clausit exitum. In qua insuper Carthusia plurimi quoque insignes viri, qui in Basilenfi Consilio vitam cum morte commutarunt, humati sunt. Visitur quidem illic integra adhuc structura, verum quae laicorum hominum usui potius, quam religiosorum deserviat.

10. Insula Reginae Caeli, apud Vvesaliam, dicecisi Colonienfis oppidum. Haec Adolphum Cliviz Ducem fundatorem habuit. Verum an. Dom. 1588. solo adaequata, cunctorum careret: vivuntque religiosi in ipsa Vvesalienf. urbe, occupantes monasterium Patrum Dominicanorum.

11. Domus S. Sixti, in vico Puella, vulgo Petel, in Lotharingia finibus, ad Mosellam fluvium apud Sierick oppidum. Quod quidem monasterium, bellis Gallicis penè vastatum, R. P. Hector San-vitanus, Germanicae Visitator Provinciae, superioribus annis egregie instaurandum curavit; nec non, & P. Hugo, Meerhouthanus, qui cum in Prioratu immediatè praefuisset.

12. Domus Compassionis beatae Mariae, fundata est circa an. Dom. m. cccc. lxxv. apud Julianum, in dicecisi Colonienfi, cujus fundatores sunt Duces Juliae, qui etiam nunc eandem tutantur: aedificavit namque eam Guilielmus Sextus, loci istius Princeps.

13. Castrum beatae Mariae, apud Fuldamiam, Monasterienfis Dicecisi oppidum. Quod fundatorem agnoscit nobilem ac generotum virum Gerardum Keppelium, qui obiit circa an. Dom. 1488.

PROVINCIA SAXONIA.

1. Domus Gratiae Dei, apud Stetinum.

2. Paradisus beatae Mariae, in Prussia, quarto circiter lapide à Dantisco.

3. Claustrum beatae Mariae, apud Hildeshemum, Episcopalem Saxoniae urbem, quae Domus jam Rhenanz subjacta Provinciae.

4. Domus Misericordiae Dei, apud Francofurtum, ad Oderam, quae tamen à Carthusianis modo non habitatur.

5. Templum beatae Mariae, apud Lubecam.

6. Domus Legis beatae Mariae, apud Rostochium.

7. Corona beatae Mariae in Pomerania.

8. Pax Dei, apud Schwibheim in nova Marchia.

9. Pax beatae Mariae, in regno Sueviae.

PROVINCIA LOMBARDIAE.

1. Domus Casularum, apud Genavam, Ligurum caput.

2. Vallis Pini.

3. Mons Benedictus.

4. Stola Dei, apud Parmam, urbem ducatus titulo illustrem.

5. Monasterium S. Bartholomaei, apud Genavam Liguriae H. metropolim.

6. Mons S. Petri.

7. Domus Montis Brachii.

8. Monasterium S. Ambrosii, aliàs Agni Dei, apud Mediolanum, Insubriae metropolim.

9. Monasterium SS. Philippo, & Jacobi Apostolorum apud Altam urbem.

10. Monasterium S. Mariae de Gratia, apud Ticinum sive Papiam ducatus Mediolanensis urbem. De cujus initis ita laudibus ita Stephanus Vvianus Pippius, in Herete suo Prodicio, à Plantinianis excuso: Est inter Mediolanum, & Ticinum, cenobium Carthusianorum pulcherrimum, atque amplissimum. Cujus templum ex vario, pretiosaque marmore à fundamentis excitatum, historiam sculpturis, ac status artificiosis exornatum à prima fronte ingredientibus religionem inculcit, & introgressos majestate quadam augusta suspensos tenet; dum offeruntur oculis tot picturae, altaria, & factaria, auro, argentoque distincta, aedula marmorea,

marmorea; monumentis pulcherrimis decorata. Condidit templum, ac cenobium Joannes Galeacius Vicecomes primus Insulbrum Dux, atque locupletissimè doravit. Cujus in eade facta sumptuosissimum ex marmore sepulchrum, cum statua, & imagine ad vivum facta visitur. Adjunctum in tabula marmorea literis inauratis verum ab ipso gestarum elogium præclarum, ac lectu valde dignum.

Sunt in hoc cenobio multa pretiosa, & rara Principum donaria; Divum reliquia; & pulcherrima quæque templi ornamenta. Ipsius monasterii adificia sunt sumptuosissima, porticus milliaræ, pomaria amplissima cum luco, nosocomium item apparatusissimum. Haud procul inde visuntur vivarii capacissimi septa, murus latericius, sed magna ex parte nunc dirutus, & defectus; qui milli passuum viginti in quadrum circumductus, concludebat arua, silvas, & prata, feris enutriendis destinata. In quibus olim aprici, cervi, damæ, capreoli, lepores, & id genus animalia ad venatum continebantur. Auctor ejus operis idem Joannes Galeacius Dux fuit, qui cenobium condidit. In ipsum septis castra sua metatus erat Franciscus I. Galliarum Rex, Ticinum obsidione premeus, cum à Caroli V. Imp. Ducibus, Lanajo, & Borbonio

11 Monasterium SS. Trinitatis, apud Mantuanam urbem; Ducatus insignibus decoratum.
12 Domus S. Mariæ Lauretanzæ, apud Saonam, ditionis Genueusis oppidum.

PROVINCIA TUSCIE.

- 1 Domus S. Mariæ, apud Senas vetus Hetruscærum oppidum.
2 Monasterium S. Hieronymi apud Bononiam; Petrus Sutor lib. 2. de vita Carthusiana, trad. 3. c. 2. videtur indicare, cenobium istud fuisse extructum à Joanne Andrea, Jureconsulto scriptis editis notissimo.
3 Monasterium S. Petri de Pontignano, apud Senas Etruræ urbem.
4 Monasterium S. Spiritus, apud Lucam urbem, Reipublicæ gloria, ac libertate florentem.
5 Domus Belregardi, apud Senas.
6 Monasterium S. Laurentii, apud Florentiam, Etruræ caput.
7 Domus Montelli.
8 Vallis Gratiola Calciensis apud Pisas urbem Etruræ, Disciplinarum studii, & Academia nobilem.
9 Monasterium S. Andree de Littore apud Venetias, Vide Dorlandi Chronicon, lib. 7. cap. 37.
10 Monasterium SS. Hieronymi, & Bernardi, apud Patavium, sive Paduam, ditionis hodiè Venetæ oppidum, studiis præsertim Medicæ artis nobilitatum.
11 Monasterium S. Christophori apud Ferrariam, de quo in Hercule Prodicio, p. 349. Fundatorem agnosce Borsum, Atestinum scilicet Marchionem, & Ferrariæ principem, qui obiit an. M. cccc. lxxi.
12 Domus S. Marci, Vedanensis.

PROVINCIA ROMANA, QUAM Longobardie remotioris vocant.

1 Monasterium SS. Stephani, & Brunonis, in Calabria.
D Id ipse B. Bruno, Rogerii, Calabria, & Sicilia Comitibus liberalitate adjunctus, excitavit, ibidemque pie in Domino an. M. c. i. obdormivit.
Ceteram post mortem beati Brunonis, ut in Historia vita ejus Surius commemorat, in Carthusianæ vitæ instituto perseveravit illud monasterium sub quinque Prioribus, qui ei successerunt, usque ad tempora venerabilis Guigonis Prioris Carthusiæ. Inde in Gallia crescente ordine Carthusiensis, solum illud Calabriae monasterium à beati patris Brunonis ser-vore, & sanctitate tepefendo, degeneravit. Et petebant quidem ejus habitatores à Carthusia Visitatores, & reformatores; sed nimia locorum intersepe non facile id obtinebat. Itaque ad Cisterciensium institutum illi se transfulerunt, quod tum recens ortum, & incomparabilis viri B. Bernardi Abbatis Clavallensis, insigni sanctitate, multoque labore mirifice propagatum, in magno seriore durabat. Ad illud autem tempus in Carthusianæ religionis professione permanerat illud monasterium annos sexaginta. Sed Cisterciensium quoque religio-

ne, successu temporis, ibi tepefente, tandem monasterium S. Brunonis factum est commendatum, usque ad sanctissimi E. Pontificis Leonis Decimi tempora.

Is Pontifex, cum multorum relatione de eximia B. Brunonis sanctitate crebro audisset, indignum arbitratu est eum, quem præpotens Deus in hac vita tot auxisset donis, & charitativus, & nunc celesti officere beatitudine, in teris non eximia laude, & prædicatione ceteri, nec debita pie devotionis officia persolvit, apud thronum divini gloriæ quieti, cui dedisset Dominus cor ad præceptum, & legem vitæ, & disciplinæ. Itaque non modo auctoritate Apostolica clementer annuit, sed etiam voluit, ut in singulis monasteriis totius ordinis Carthusiensis, & eorum Ecclesiis, sive Sacellis festum sanctissimi Brunonis confessoris annis singulis die 6. Octobris, quo decessit e vita, solemniter colatur, & congrua, debitaque devotione celebretur; ipsius etiam corpus, atque memoria, dignam in Domino laudem habeat, ac venerationem: conveniens etiam officium in honore ipsius agatur, & decantetur, necnon quotidie in divino officio de eo commemoratio fiat. Domum præterea S. Stephani, quam B. Bruno in Calabria condiderat, & in qua sacrum ejus corpus quiescit, idem Pontifex ad Cisterciensibus ad Carthusianos revocavit, an. salutis 1514. ut deinceps illic Carthusiano more, & instituto vivatur: sicut & nunc vivitur. Hallenus ex Suri.

- 2 Monasterium S. Bartholomæi de Trifulto.
3 Domus S. Laurentii de Padula.
4 Domus S. Marini apud Neapolim, regni Neapolitani metropolim. Quo in Hercule Prodicio, pag. 349. possidere dicitur triginta annui redditus ducentorum millia.
5 Monasterium S. Jacobi, in Insula Caprensi.
6 Monasterium S. Crucis, in urbe Roma: quod nunc ad thesaurum Diocletianæ translatum, S. Maria de Angelis nuncupatur.

Quod Pius IV. Pontifex Maximus magnificentissimè extruxit, addita inscriptione, que in arca supra visitur. Quod fuit idolum, nunc templum est Virginis, auctor.

Est ipse ipse Pater, demones aufugite. Vide Laurentium Schæderum Halberstadtensem l. 2. Monumentorum Italice, fol. 121. editionis Halberstadtianæ, apud Jacobum Luffium Transylvanum, an. M. D. xci. Est in hac Carthusia etiam monumentum Antonii de Duca. Quin & Appendix B. Platina G. in vita Pii IV. loci hujusce meminit hinc verbis: Pius Papa IV. thesaurum Diocletianæ vetustate corruptas, Beate Mariæ Virginis, Dei Matræ, dedicatâ, magnificentissimo templo in sacram adem, & Carthusianorum cenobium mensura quingentorum aureorum solutione convertit, Cujus equidem locetiam in Baronii Annalibus habetur mentio, anno nimirum Dom. cc. xxviii. num. x. xvii. & xviii.

7 Vallis S. Nicolai Clarimontani.
Sunt, & alia fortassis alibi hujus instituti cenobia, nobis incognita, quæ utinam Carthusiani ipsi plenius aliquando eruant: illustriora tamen quæque arbitror à nobis recensita.

* VIRI, ET SCRIPTORES ILLUSTRES EX HOC ORDINE.

Evulgavit nuper Bibliothecam Carthusianam typis Antonii Hierati an. 1669. Colonia F. Theodorus Petrejus, ejusdem ordinis professus, quam clarissimorum scriptorum clogis adornat. Nos ex illa præstantiores aliquot delibavimus, & alphabeti serie digestos, in hunc locum transfulimus.
Albertus Arthemius cognom. Kiver.
Andreas Capella S. P. D. ex Societ. Jesu.
Antonius Dulckenius Agrippinensis.
Antonius Surianus Venetus.
Arnoldus Haventinus Sylvædæncensis.
Bartholomæus Ruremundensis S. Th. Professor.
S. Bernardus Clavallensis Abbas in majore Carthusia diu moratus, inde Episc. scriptis ad fratres Montis Dei, de vita solitaria.
Bonifacius Ferrarius Valentinus, B. Vincentii Ord. Dominicanorum frater.
S. Bruno Ordinis auctor varia scripsit.
Bruno Loerius Brabantus.
Cornelius Craffius Antuerpiensis.
Dionysius Richelius, de quo Dorlandus lib. 7. Scripturorum numero, & elegantia celebris, sub nomine Dionysii Carthusiani, ejus operum moles tanta est, ut librorum multitudine superet S. Augulinum, meruitque nomen Doctoris Extatici adhuc

ELOGIA ALIQUOT INSIGNIA PRÆSTANTISSIMORUM QUORUNDAM Vitorum, qui vel vite sanctimoniam, vel cruditionis laude celebres, literarum suarum monumentis Ordinem CARTHUSIENSEM commendarunt.

D. Bernardus Abbas Clavallensis.

Nolite negligere, nolite tardare, grandis enim vobis refat via. Altissima est enim possessio vestra, calos tangit, par Angelis est, Angelicæ similis Puritati. Non enim solum vovistis omnem sanctitatem, sed omnem sanctitatis perfectionem, & omnem consummationis finem. Epistola ad fratres montis Dei, seu Carthusienses, de vita solitaria.

Idem Episc. ad Carthusienses, & Guigonem Priorem.

Vestra illa succensa, & succendens salutatio sic mihi, ut verum fatear, accepta fuit, & est: quasi non ab homine, sed certissime ab illo, qui mandat salutes Jacob, defendere videtur, &c. Festiviserit mihi ille decedens dies, & memorie sempiternum, in quo vivum illum videre, ac fuscipere merui, per quem factum est, ut in cordibus vestris ego reciperem.

Idem Episc. cliv. ad Bernardum, Priorem Carthusiæ Portarum.

Memor antiquæ meæ promissionis, propositum habui, & desiderium magnum transire per vos, revivere quos diligit anima mea, itineri meo solatium, laboribus levamen, peccatis remedium postulare; sed culpis meis exigentibus factum estis ut non nollem, sed ut non possem. Interim & tuas, & per te Sanctorum cum quibus es, orationes supplex afflagito.

Gaufridus Monachus Clavallensis, B. Bernardi quondam Notarius.

Cum jam Dei famulus (Bernardus) annos aliquot in Clavalle peregrisset, subit animus ejus, ut S. Hugonem Gratianopolitanum Episcopum, & Carthusienses fratres devotionis causa inviseret. In Carthusia namque à viro reverendissimo Guigone Priore, & à cæteris fratribus insigni animi affectu, magnaque veneratione susceptus est, &c. lib. 3. vite D. Bernardi, cap. 1. in fine.

Petrus Cluniacensis, cognomento Venerabilis.

Carthusiensis Ordinis, & propositi instituta quantum dilexerim, quantum diligam, quantum veneratus sum, quantum amplectar, noverunt multi. Ego vero magis, Deus autem maxime. Nam si mens mea non me fallit, si conscientia mihi quod verum est, attestatur, sitandem vera est sententia divina, quæ dicit: Nemo novit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est: agnosco me Carthusiensium à triginta jam ferè annis, hoc est, etiam antequam præfice (universo Cluniacensi Ordini) inciperem, pre cunctis penè mortalibus amasse Religionem, coluisse sinceritatem, amplexum esse veritatem. lib. 6. Episc. 14. ad Eugenium Papam.

Et lib. vi. Episc. xxv. ad Priorem Carthusiæ Majore vicensis.

Semper supremam peccatoris mearum vobis, vestrique Ordinis viris servavi: instituta Carthusiensia universarum religionum institutionibus prætulî, à primis penè adolescentiæ annis sincero affectu sacrum religionis vestre propositum colui. Unde quando vacare potuit, quadam antiquiora vestri Ordinis loca adire frequenter non pigritavi, inaccessibiles penè nivos, & à glaciæ altissimas rupes non abhorruî. Fratres inter illas montium, & rupium angustias Omnipotentis Domini ferventius videre, visitare, atque cum eis in Domino jucundari, dulces habui.

Idem lib. 23. miraculorum cap. xxviii.

Servatur in Burgundia partibus inter omnes Europæ nostræ monastici Ordinis professionis professio quadam, multis aliis ejusdem propositi Sanctior, & Cautior: instituta nostro tempore à quibusdam Patribus magnis, Doctis, & Sanctis Miguitro Beumone Coloniensi, M. Landuno Italico, ac quibusdam aliis verè Magnis, ac Deum timentibus Viris. Qui quorundam antiquorum Monachorum tepiditate, negligentia, ac desidia perdocti, sæculo abrenunciare volentes, cautius, sibi suisque in via Dei sectatoribus,

adhuc vivus. Dominus Pruthenus, scripsit inrer alia pium illum Rythmum. Homo Dei creatura, & pleraque alia devota.

Erardus Ibinheim Albimanius, auctor Sacrarum Agrippinæ.
Everardus Dieffensis Carthusiæ Prior.
Florentius Batavus floruit anno 1550.
Franciscus de Puteo I. V. Doctor. Scriptis illius vitam Petrus Sutor. Evulgavit inter alia Auream Catenam super Psalmos.

Gerardus N. cujus meminit Navarrus in Trah. de orat. & horis Canonicis. Sutor eum vocat Gerardum à Breda.

Herardus Hamontanus Brabantus, cujus hortatu Surius animum ad scribendum applicuit, quamvis & ipse multa ediderit.

Gerardus Stredamus, alii Schedamus, Batavus, scripsit præclara opuscula quorum meminit Trithemius.
Gisbertus Bathufius Antuerpiensis.
Godetridus Tilmannus, 3. linguarum cognitione excellens.

B Gregorius Reichsius I. V. Doctor, & Maximiliano Imp. à Confessionibus.
Gualterus Hylton Anglus: cujus scripta celebrantur à Possiveo, & Simlero.

Guido à Castro Delphinus, allis de Ponte.
Guilelmus à Breda, huic lucubrations plures adscribit Bostius, & Dorlandus.

Guilelmus Bibaucius Tiletanus.
Guilelmus Hilaensis scripsit supra 30. Sermones super orationem Dominicam.

Henricus Arnoldi Saxo, Basileensis Concilii Notarius, & multorum operum auctor.
Henricus Coeffeldius Theologus eximius.
Henricus Dieffensis Westphalus, multa scripsit cetero digna.

Henricus de Hallia.
Henricus cognomento Æger, Kalkariens.
Henricus de Piro alius Brunonis

Henricus Prudens, Sermons, & opere,
C Henricus Reycher.
Hermannus Petri, Studtoporius.
Hieronymus Madaliga, Hispanus.

Jacobus Gruitroede Teuto.
Jacobus Junterbuich ejusdem nationis scripsit tria volumina varii Argumenti.

Joannes Bannauionis Anglus.
Joannes Divitius sanctiss. & doctiss.
Joannes ab indagine, aliàs Hagen, plurimum lucubrationum gloria illustis; sic ut numerum vix desinite valeas.

Joannes Lansbergius re, & nomine justus, cujus scripta plurima exant.
Joannes de Lapide, Teuto.
Joannes Rhode, Germanus.
Joannes Tencramundanus.

Laurentius Surianus Lubecensis, fama super æthera notus.
Ludolphus Saxo.

D Martinus de Lauduno Picardus.
Mauritius Chancæus Anglus, exul.
Nicolaus Albergatius S. R. E. Cardinal.

Petrus Dorlandus, multa poetis reliquit.
Petrus Gryer de Beyl.
Petrus Leidenfis, vir pius, castus, eruditus, quem etiam Possiveus alium esse à Petro Bloemenenna, cum hoc fuerit illius cognomen.

Petrus Sutor Gallus, Theolog. Parisien.
Reantius Henfæus Juliacensis.
Stephanus Salazarus S. T. Doctor.

Theodorus Petrejus author biblioth.
Theodorus Stumpvichius Batavus
Warnerus Laerius monasteriensis.

Zacharius Lipelloo Antuerpien. cujus scripta omnium manibus teruntur.

Plures reperiet lector in Bibliotheca initio indicata: Item apud Trithemium, Possiveum, & Dorlandum, qui operum, quæ ab illis proderunt, in particulari mementur.

bus confulerunt : & vigilans oculo Ordinem contra omnes penes Sathana infidias circumspicuum instituerunt, &c.

A *Nicolaus Monachus Suffonenfis, qui vixit circa annum Domini. M. C. XX.*

Perpendens autem vir prudens (B. Godefridus, Ambianensis Antistes, qui anno M.C.XVIII. sanctissime in Domino obdormivit) quam molestem, atque adeo intolerabilem sit, tot secularium tumultuum ferre tempestat, ubi comperit praelarum fervorem Dei famam, qui in Carthusia non longe à Gratianopoli debebant, relictis omnibus, illo igne, quem Dominus Jesus misit in terram, suaviter ardens, eò celerius profectus est, ut quietus uni Deo vacaret. Præter tunc Carthusia Guigo, vir egregie doctus, & vitæ integritate conspicuus, omnium ore prædicandus. Separatim autem degunt singuli, in domiciliis, quæ Cellas vocant, ad Ecclesiam certis horis pariter conveniunt, inde taciti redeunt, ad cellas suas: ad nudam carnem asperis induuntur ciliciis, quarta, & sexta feriis pane, & aqua videntur; divinæ contemplationi adeo adherent, ut jure possint cum Apostolo dicere. Nostra autem conversatio in cælis est. Illorum Precibus, Et Sanctorum Meritis, Mundus consistere videatur. Sed de eorum excellenti, meritoque ab omnibus prædicanda conversatione, aliis plura dicenda relinquimus. Lib. 3. vitæ S. Godefridi, cap. 8.

Ibidem lib. III. cap. XXIII.

Rursus B. Godefridus meditatur fugam, rursus latebras inquit, rursus juvat adire montes Carthusiæ. Is enim locus ejus animo maxime sedebat. Nam de quodam Carthusiæ fratre præclarum quiddam, & memorabile referre solebat, quod toto triennio nunquam quacumque pressis necessitate, manu vendenda attingere voluerit: adeo castitatis fuit eximius cultor.

Petrus Blesensis Archiepiscopus Barboniensis.
Cur Sanctum, & gloriosæ opinionis ordinem Carthusiensem pravariando depravas? Si attendas domum Carthusiensem, quam relinquere desideras, consideres unde venias, aut quo vadas. Hierusalem pro Babylone, terram Promissionis pro Aegypto, pro exilio patriam, cælum pro inferno, quietem, & pacem pro labore, & miseria derelinquis. Domus siquidem Carthusiensis, & locus habitationis illius situs est in montibus, & scopulis, & in petris, Ut sit potius habitatio Angelorum, quam hominum, *Epist. 86. ad M. Alexandrum Monachum Carthusiæ.*

B. Antoninus Archiepiscopus Florentinus, qui sanctissime vitam finivit an. M. CCC. LIX.

Certe valde venerabilis est ista religio Carthusiana, quæ usque in præsentem diem servat rigorem suarum observationum per annos circiter quadringentos. Auferat si quidem est in Multis: abstinentia quidem, quia proluxa jejunia, & sextis omnibus feriis in pane, & aqua, ab eorum carnium semper abstinet, etiam in gravissima infirmitate. *Part. 2. hist. tit. 15. c. 22. §. 2.*

Thomas Campanus cognomento Malleolus, cap. IV. vitæ Gerardii Magni.

Eo tempore mundi status in maligno videbatur undique positus; ita ut pauci essent, qui verbum vitæ moribus, ac vocibus prædicarent, pauciores vero qui continentiam scelerentur; & quod dolendum erat, nomen sanctæ religionis, & status devotionis præ inopia spiritus, à Patrum præcedentium vestigiis minimum claudicaret. Apud Carthusienses vero Lux D. Vitæ Cœlestis remansit occulto, & carnalibus videbatur facta austeritate: erat tamen Deo gratissima, & spiritu ferventibus optabilis atque jucunda.

Joannes Maburnus, Liriacensis Monasterii Abbas, in speculo Exercitium spiritualium, quod Koserum nuncupavit.

Si in singulis diebus per singulos annos in visitatione, excessus tam in capitibus, quam in membris ritè corrigentur; non tanti defectus, & scandala, aut dissolutiones laborarentur. Impunitas namque excessuum, incensivum præstat, & ausum vitorum. Pater istud in Sacra Carthusiensium Religione, quæ maxime stetit invenitur præter Cæteras Religiones ob strenuam, ut fertur, Visitatum observantiam juxta illud.

Per tria sè, sol. vi. Carthusia permanet in vi. Hæ Maburnus Tit. 2. alpha. §. 3. in fine.

Idem §. VI.
Ideo nonnulli Religiosorum Ordines præ cæteris deformius ruerunt, quod non satis se inter limites continentia, &

abstinentia continerunt. A qua evagatione quia celebratissimus ille se ordo Carthusiensis, & reliquis occasionibus sibi præcavit, idcirco adhuc in primitivo suo flore quotidie efflorescit.

Alanus de Rupe, Dominicanus, qui obiit Suolle in Monasterio Ordinis sui, anno M. CCCC. LXIV.

Gaude, & latere ò religio Carthusiana!
1 Tu n. sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ filia es prædicta.
2 Tu pretiosissimam privilegiorum monilibus per eandem matrem præfulges exornata.

3 Tu à TEMPORE PRIMÆ NATIVITATIS TUÆ, NUNQUAM MACULAM IN GLORIAM TUAM PER DEFORMITATEM NOSCERIS DEDISSE.
4 Tu de fonte purissimæ veritatis divinarum laudum carmina immutabiliter semper & potasti, & conservasti.

5 Tu animabus defunctorum largissimas tuas elemosinas singulis horis in orationibus tuis non desinis impartiri.
6 Tu integrum Vetus, & Novum Testamentum singulis annis per Ordinem autibus filiorum tuorum inculcare dulciter non cessas.

7 Tu in semicis nature, quæ non deficit in necessariis, nec abundat in superfluis, indefectè incedis.
8 Tu otiosum tuum, ne pedes mulierum illud terant, cautè preservas.

9 Tu fidem puritatis per jugem inclusionem immaculatam gaudes conservare.
10 Tu thesaurum pretiosum paupertatis cum cæteris essentialibus religionum inviolabiliter observare comprobas.

11 Tu tam in capite quam in membris æqualiter, & rationabiliter omnia necessaria distribuere non cessas, sine personarum acceptione.
12 Tu propter altissimi Creatoris tui amorem, eorum carnium perpetuò abrenuntias.

13 Tu asperitate vestium, & ciliciorum, ob amorem passionis Christi, incessanter affligi non recusas.
14 Tu vigiliis, jeuniis, orationibus, carnem tuam mortificare suis cum concupiscentiis non recugas.

15 Tu in silentio, quiete, & solitudine cellæ, Creatori tuo cubiculum cordis tui per dulces meditationes preparare delectaris.
16 Tu evagandi materiam per sæculum ob arduorem tui custodiam, stabilitatis voto strictius tuis interdixisti.

17 Tibi è cella in cælum facilis patebit ingressus, dummodo jurium cæle diligens fueris observatrix.
Hæc Alanus lib. de utilitate P. Alterii B. virginis Mariæ. Petrus venerabilis, Abbas Cluniacensis, lib. 11. de Miraculis. Cap. XXVIII.

Servatur in Burgundia partibus inter omnes Europæ nostræ monastici ordinis professiones, professio quædam multis aliis ejusdem monastici propositi sanctior, & cautior; instituta nostro tempore à quibusdam Patribus magnis, doctis & sanctis, M. Brunone Colonienfi, Laudino Italico, ac quibusdam aliis verè magnis, & Deum timentibus viris.

Laurentius Leodicensis in Historia Episcoporum Viridunensium, quæ apud me extat M. S. floruit in anno 1190.

CARTHUSIENSIS religio, mundo hæctenus inaudita, de sanctissima schola Reverendissimi Brunonis processit, quæ in carne extra carnem, insolito mortalibus more, vivendo; Angelos in terra, Joannem Baptistam, & Paulum Eremitam in deserto nobis hodie repræsentat: ut merito hæc religionem florem mundi nomines, ut hæc esse animal simile aquilæ in cælum volanti jure pronuncias.

Jacobus Vatriaco S. R. E. Cardinalis.
CARTHUSIANÆ religionis rigor districtioris, & districtioris rigoris, tanquam fornax Spiritus sancti aurum purgans, & scortiam ex argento separans, falsos fratres diu retinere non potest. Unde cella comparatur mari, quod morticinum, quantum volenti jure pronuncias.

Franciscus Petrarcha.
Ordo Carthusiensis est, quem nemo deceptus, nemo in vitus intrat, in quo nullus perferre se potest.

Idem §. VI.
Ideo nonnulli Religiosorum Ordines præ cæteris deformius ruerunt, quod non satis se inter limites continentia, &

abstinentia continerunt. A qua evagatione quia celebratissimus ille se ordo Carthusiensis, & reliquis occasionibus sibi præcavit, idcirco adhuc in primitivo suo flore quotidie efflorescit.

Idem §. VI.
Ideo nonnulli Religiosorum Ordines præ cæteris deformius ruerunt, quod non satis se inter limites continentia, &

abstinentia continerunt. A qua evagatione quia celebratissimus ille se ordo Carthusiensis, & reliquis occasionibus sibi præcavit, idcirco adhuc in primitivo suo flore quotidie efflorescit.

Idem §. VI.
Ideo nonnulli Religiosorum Ordines præ cæteris deformius ruerunt, quod non satis se inter limites continentia, &

Idem §. VI.
Ideo nonnulli Religiosorum Ordines præ cæteris deformius ruerunt, quod non satis se inter limites continentia, &

Idem §. VI.
Ideo nonnulli Religiosorum Ordines præ cæteris deformius ruerunt, quod non satis se inter limites continentia, &

EX HISTORIA VITÆ S. BRUNONIS APUD LAURENTIUM SURIUM.

A Carthusianus Ordo hodieque præ cæteris (quod tamen pace, omnium dictum volumus) præcæm illum rigorem suum retinere videtur.

SEBASTIANUS BRANT, ARGENTINENSIS, V. I. D. ac Professor, hujus sacris Ordinis encomium his Sapphicis descripsit.

Spiritus sancti mihi gratiam da, Summe calor moderator ò Rex, Ordinis laudes valeam sonare Carthusiani.

Ecquis ad vitam levius beatam Quisve securè, citiusve tendit: Totius quisnam sua fata anelat Carthusiano?

BRUNO tu felix meridi serenis, Qui vitam latam peregrine hinc, Arripis dextram, prior atque factus Carthusianus.

Spernis hæc mundi, bona que putantur, Præteris cleri tumidos honores, Quos queas plures habuisse, factus Carthusianus.

Tu sacri juris furias periturus, Paginæ sanctæ docilis Magister, Cbarus & multis, nihil ista pendis Carthusianus.

Inter anfractus, dubiasque mundi Semitas, arctam peregrè capessis, Et viam certam propriè infectus Carthusianus.

Adde, quod Papam, variasque pompas Curia temens: Calabros adisti, Hos doces normam, struxitque turris Carthusiana.

Nullus obstat labor, aut gravamen, Quò minus semen jaceret salutis, Corda fecundans, bonus iste miles Carthusianus.

BRUNO tum demum venerande claudis Olimam vitæ, peragisse metam, Pace transgurgans superas ad aulas Carthusianus.

Regulam linguæ satis eminentem Patribus multis, placidam sacratis, Pontifex summus probat, & decorat Carthusiano.

Arce nec celsa potuit latere Civitas, lumen modio tegi, nec Crescit & passim procul, ædus ordo Carthusianus.

Non rigor quodam Scythiæ, aut Canopi Accolis major, Nitriæve montis, Quam fervent casti modò, sobriique Carthusiani.

D Hæctenus nunquam suavio perenni Deserit fontis veteris saporum, Degener nunquam suis ordo visus Carthusianus.

Vos odor Christi bonus, aggregatus Ex cœnobitis, & anachoretis, Plani Baptistam, tamen emulantes Carthusiani.

Mundus baud dignus fuit, ut teneret Abditos cellis eremum colentes, Pellibus cunctos capris melioris Carthusianos.

Lugeant quamvis spatio momenti, Et licet semen jaccant gemetas, Attamen læti veniunt manipuli Carthusiani.

Inchyos fructus parit, & saaves Arbor, hanc vitam probat hortulanus, Palmites que fert viridantis ævæ Carthusiano.

Sabbata, & factus Domini tenentis, Estis Eunuchi Domini volentes, In domo vobis locus est herili Carthusiani.

Unicus testis, tugurique custos Peravigil passer, meditans columba Et pelicanus, eremi colonus Carthusianus.

Tu tyro Christi speciose, marens Tu genus sponso viduate charo, Fronde non curas viridi cubare Carthusiane.

Respis quicquid subeat voluptas, Balneum vitas, teneros amictus, Carnibus vesci fugis, abstinentes Carthusiane.

Ipse non quaris hominum diem, nec Arrogas laudes populi caducas, Gloriæ spernis stimulos inanes, Carthusiane.

Unus flocci, patriam, parentes, Liberos, fratres, facit & sorores, Atque fortuna bona cuncta tenet Carthusianus.

Sæculi sordes fugit, & prophanat, Et suam vitam, nihil ista curat, Dulce nil Christo sine, nil amonum Carthusiano.

Qui jugum letus teneris ab annis Perculit, solus sedet, & tacebit, Se super gaudet fore se levatum Carthusianus.

Veste procedit citò nuptiali Obviam sponso, manibus nitescentes Lampades gestans, oleo decoras Carthusianus.

Excubat, longas meditatatur horas, Crastinæ nullus labor est dies, Quisve manducet, bibat, aut fruatur Carthusianus.

Insuper carnem violat domando, Incolunt cellas, vigilant, precantur, Abstinent, corpus macerant flagellis Carthusiani.

Unus iustum tolerant Prioris, Quicquid hic mandat, peragunt volentes Præcipit si quid gravis, facessunt Carthusiani.

Rarior casus, facile inde surgunt, Parvulus petra propriè atterendo, Baltheo lambos, Veneremque fringunt Carthusiani.

Id quod elongans facit hoc subire, Clausura deserti fugiant, manentes Milites Christi lacrymis vocando Carthusiani.

Optimis vitæ modus, & probatus Jure diceris utinam misella Spes sit ablitam fore me palestra Carthusiane.

Sint licet plures populo serentes Pabulum, pauci faciant, sed heu Quæ docent, solus opere iste monstrat Carthusianus.

Requæ felicem penitus beatum, Terque perfectum, sine læbe dicam, Jam vale nostri memor, Ordo sanctæ Carthusiane.

Thomas Bezius lib. XIII. de signis Eccles. cap. 3. signo XXXV.

Solitarii quidam cœtus, auctore B. Brunone, excitati sunt sub an. 1084. Quanta vero sit istorum laus, è quinque perspicui potest. &c. Bruno itaque Colonienfis, vitæ cœlo delapsus, cœtus hominum talium primus ab orbe condito est ausus instituire, maxima Germanicæ nobilitatis laude: ut essent scilicet, qui ab omnibus terrenis rebus omnino abstracti, toti rerum divinarum contemplatione, & obtutu desigerentur.

Idem

A Jure attribui posse videtur Carthusianorum familiis, quod nunquam sic eorum mores ad primam institutione sunt collapsi, ut eorum leges in deteriore faciem, nedum vivendi normam, sint immutatae. Quod multis Ordinibus non ita contingit, qui longe ab antiqua puritate, vel saltem vite austeritate, vili sunt deflexisse.

ANTONIUS POSSEVINUS, Societ. Jesu Theologus in Bibliotheca sua selecta. Carthusiani velut novae cohortes proderunt in campum, & animas plurimorum & laqueis diaboli in sanctam Domini libertatem vel Vita, & Voce, vel Assidua ad Deum Oratione, adfervarunt. Lib. 5. cap. 53. pag. 230. ex ultima Coloniensi editione.

Habes ergo jam hic, amice Lector, quatuordecim gravissimorum Auctorum, de Ordinis Carthusiensis integritate, vitaeque sanctitate testimonia. Quorum equidem cum nullus nostri fuerit instituti, hinc eo minus existimandum est, tales, tantosque probatae fidei Scriptores, privato voluisse indulgere affectui, Ordinemque hunc nostrum plus aequo commendare. Neque vero hic omnes percensere fuit animus, qui bene, ac laudabiliter de Carthusiano Ordine adeo complures annos scripserunt, sed e pluribus paucos in medium saltem producere. Alioquin enim nullatenus mihi omitteri fuissent Joannes Gerson, Petrus de Aliaco, Franciscus Patriarcha, Arnoldus Bostius, Joannes Trithemius, atque id genus alii; quos tamen brevitate causa sciens, volensque missos feci.

* ORDINUM MENDICANTIUM ORIGINES.

Dominicanorum, seu Praedicatorum, Franciscanorum, Augustinianorum, Carmelitarum, & aliorum. Esti multae sint Religiosorum hominum Congregationes privilegiis Mendicantium gaudentes; quatuor tamen primarii censentur Mendicantium Ordines; videlicet Dominicanorum; Franciscanorum; Augustinianorum; & Carmelitarum. Ex his tres priores, non modo per Europam, sed etiam per Indiam Orientalem, & Occidentalem; plurimos habent conventus, magno Religionis Christianae commoda, atque augmento. Quomodo etiam quartus Patrum memoria, per B. C. Teresiam virginem Hispanam, ad veteris disciplinae cultum excitatus: magno animarum zelo, in utramque Indiam, atque ipsam Persiam penetravit. In qua quidem Persia provincia sedulam quoque Evangelicae praedicationis operam navant Augustiniani Eremitae; ut Franciscani potissimum in Syria, Aegypto, Graecia, aliisque Turcici Imperii provinciis praesentant.

ORDO PRAEDICATORUM PER S. DOMINICUM institutus. DOMINICUS Calarogae in Hispania, ex nobili Gufmanorum familia natus, Patetia liberalibus disciplinis, & Theologiae operam dedit: quo in studio cum plurimum profecisset, prius Oxoniensis Ecclesiae Canonice regularis, deinde ordinis Fratrum Praedicatorum auctor fuit. Hujus mater gravis sibi vita est in quiete continere in alio catulum, ore praefertentem faciem, qua editus in lucem orbem terrarum incendit. Quo somno significabatur, fore ut splendore sancti aetatis, ac doctrinae eius gentes ad Christianam pietatem inflammarentur. Veritatem exitus comprobavit: id enim & praestitit per se, & per sui Ordinis socios deinceps est consecutus; Breviar. Reg.

Hujus autem ingenium, ac virtus maxime enituit in evertendis Abigenibus haereticis, qui perniciosos erroribus Tolosates pervertere conabantur. Quo in negotio septem consumpsit annos. Postea Romam venit ad Lateranensem Concilium cum Episcopo Tolosano, ut ordo, quem instituerat, ab Innocentio confirmaretur. Quae res dum in deliberatione versatur, Dominicus hortatu Pontificis ad suos revertitur, ut sibi regulam deligeret. Romam rediens, ab Honorio tertio, qui proximus Innocentio successerat, confirmationem ordinis Praedicatorum sub regula Sancti Augustini impetrat. Romae autem instituit duo monasteria, alterum virorum, mulierum alterum. Tres etiam mortuos ad vitam revocavit, multa alia edidit miracula, quibus ordo Praedicatorum mirifice propagari cepit.

Verum cum ejus opera ubique terrarum monasteria jam edificarentur, innumerabilesque homines religiosam, ac piam vitam instituerent, Bononiae anno Christi ducentesimo vige-

simo primo supra mille simum, in febrim incidit; ex qua cum se moriturum intellegeret, convocatis fratribus, & alumnis eius disciplinae, eos ad innocentiam, & integritatem coheratus est. Postremo charitatem, humilitatem, pauperitatem, tanquam certum patrimonium eis testamentum reliquit: fratribusque orantibus, in illis verbis, Subvenite Sancti Dei, occurrere Angeli, obdormivit in Domino, octavo idus Augusti: quem postea Gregorius Nonus Pontifex retulit in Sanctorum numerum. Idem Breviarium.

Historiam ordinis Praedicatorum varii scribere, praefertim lingua Hispanica, quibus in regnis ordo potissimum floret; & primas sedes inter ceteros quodammodo obtinet.

De initio ejusdem ordinis Geraldus Lemovicensis, ad beatum Humbertum V. Magistrum Generalem librum Latine scripsit: statque typis publicatus Duaci anno 1619. hoc titulo: Vita fratrum Ordinis Praedicatorum, a Gerardo Lemovicensi ante annos 300. conscripta.

Ejusdem ordinis Chronicon, & Bibliotheca de Scripturis Dominicanis, extat Parisiis anno 1585. edita, auctore Antonio Senesii Lusitano.

ORDINIS HUIUS SPLENDOR, A C P R I M U M.

Qui ex illo Romani Pontifices.

F. PETRUS de Tarentesia natione Burgundus, S. Theologiae in Academia Parisiensi Professor eximus, scriptis in SS. Biblia, & Magistrum Sententiarum clarus. Edidit quoque epitomen in omnia opera Doctoris Angelici, & nonnulla alia cetero, & typis digno: virtutum & eruditionis merito primum Archiepiscopus Lugdunensis, dein Cardinalis, & Episcopus Offiensis est inauguratus. Tandem omnium suffragio gubernatus, qui Ecclesiae clavum universalis nauteris gubernaret, Christiani populi pastor, & Pontifex tertio tunc, assumpto nomine Innocentii V. anno Dom. 1296. tenit. Kal. Septemb. Caesare Rudolpho Austriaco. Sed heu! i abreptus in medio regimini cursu, postquam mensibus quinque, & diebus duobus honorifice, obiit Romae, & in Basilica S. Salvatoris tumuli sedis affectus fuit.

F. NICOLAUS de Jerviso Ordinis S. Dominici generalis magister, postquam eruditionis suae non vulgare specimen dederat scriptis in Palerium Davidicum egregius commentarius; & nonnullis aliis, factus S. R. E. Cardinalis, ad summi Pontificis apicem ascendit sub nomine Benedicti XI. anno Domini 1303. Imperatore Alberto primo. Sedit mensibus octo, & diebus 6. miraculis in vita clarus, & Perusii in Ecclesia sui ordinis sepultus est.

F. MICHAEL Ghislerius est nobilissima Bononiensi Ghisleriorum familia oriundus, sanctitate, & eruditionis gloria illustris, Romani Pontificatus summam dignitatem consecutus, & Pius V. appellatus fuit anno 1566. Imperante Maximiliano II. Caesare. Quod quidem honoris fastidium cum laude anno 6. mensis 3. & dies 23. detulit, ut patrem multis retro saeculis vix quemquam habuerit, superiorem certe neminem. Defuncti cadaver Sixtus V. ex Vaticano ad Ecclesiam S. Mariae majoris transtulit.

XXXVII. S. R. E. CARDINALES ex eodem ordine. F. HUGO de S. Caro Viennensis Burgundus presbyter Cardinalis sanctae Sabinae, creatus ab Innocentio IV. in Concilio Lugdunensi anno 1243.

F. HANNIBALDUS Hontbaldenis de Molara Romano, ab Urbano IV. factus Cardinalis XII. Apostolorum, anno 1263.

F. PETRUS de Tarentesia, qui postea Pontifex; In concilio Gener. Lugdunensi a Gregorio X. creatus est Cardinalis, & Episcopus Veliternus, & Offiensis, anno 1274.

F. LATINUS de Malabranca Romanus, a Nicolao III. creatus S. R. E. Cardinalis, & Episcopus Offiensis anno 1278.

F. ROBERTUS Kiluarbius Anglus, Cantuariensis Archiepiscopus, eodem die a Pontifice, & Cardinalis S. Rufinae creatus est.

F. HUGO de Biliomo Avernus, factus fuit Cardinalis S. Sabinae, & postmodum Episcopus Offiensis, anno 1298. a Calestino V.

F. NICOLAUS Tervisanus a Bonifacio VIII. presbyter Cardinalis S. Sabinae renunciatus anno eodem, & ad Pontificatum evectus fuit.

F. NICOLAUS Martini Thufcus, a Benedicto XI. una cum Guilielmo

Guilielmo Merfeldio Anglo, & Vvaltero Vvintherburno Anglo, S. R. E. Cardinalis creatus fuit, anno 1303.

F. THOMAS Jorgius Anglus, a Clemente V. ex confessorio Eduardi Regis Angliae Cardinalis creatus anno 1305.

F. NICOLAUS Farnola Rothomagensis Gallus, ex confessorio Regis Galliarum Philippi factus Cardinalis S. Eusebii anno 1323.

F. GUILLIELMUS Petri Godivus, Gallus, creatur Cardinalis Sanctae Ceceliae ex magistro S. Palatii a Clemente V. anno 1312.

F. MATTHEUS Ursinus Romanus, anno Domini 1327. Cardinalis SS. Joannis & Pauli, a Joanne XII. creatus, postquam annis aliquot metropolitanam Cathedram Sipontinam fuisset moderatus.

F. GERARDUS Domatus Lemovicensis, a Clemente V. anno 1341.

F. JOANNES Molendinus Gallus, ab eodem factus Card. anno 1350.

F. NICOLAUS Rosellius Hispanus, ab Innocentio VI. anno 1356.

F. GUILLIELMUS Sudre Tolosanus. ab Urbano V. anno 1366.

F. NICOLAUS Moschinus Neapolit. an. 1378. ab Urbano Sexto.

F. PHILIPPUS Gezza Romanus, ab eodem anno quo supra.

F. NICOLAUS de S. Saturno. a Clemente VI. anno 1378.

F. JOANNES de novo Castro ab eodem an. 1389.

F. JOANNES Dominicus Florentinus, a Gregorio XII. anno 1408.

F. JOAN. Casanova Hisp. a Martino V. anno 1430.

F. JOAN. de Turcremata Hispanus, ab Eugenio IV. anno 1439.

F. THOMAS Vius Caetanus, a Leone X. anno 1517.

F. GARZYAS a Loajita anno 1529. a Clemente VII.

F. NICOLAUS a Scoonherck Suevus, a Paulo III. anno 1535.

F. JOANNES de Toletto, ab eodem anno 1538.

F. THOMAS Badia, anno 1542. ab eodem.

F. PETRUS Berthamus, a Julio III. anno 1551.

F. MICHAEL Ghislerio, qui postmodum Pius V. Pontif. a Paulo IV. Cardinalis renunciatus anno 1557.

F. MICHAEL Bonellus, anno 1566. a Pio V.

F. ARCHANGELUS de Blanchis anno 1570. ab eodem.

F. VINCENTIUS Justinianus, circa idem tempus Cardinalis creatus est.

F. HIERONYMUS Bernerius, a Sixto Quinto an. 1586.

F. HIERONYM. Xavieri, a Paulo V. Pontifice anno 1507.

F. AUGUSTINUS Galaminus, ab eodem presbyter Cardinalis de Ara coeli creatus, ann. 1511. adhuc superstes. Superest item F. Desiderius de Scalea Presbyter Cardinalis de Cremona Tit. S. Carol. &c.

PATRIARCHAE ex ordine Praedicatorum assumpti a primo ejusdem dignitatis, qui fuit Thomas de Lencino Patriarcha Jerusolymitanus, qui ad ordinem recepit S. Thomam Aquinatem, & obiit anno 1277. usque ad F. Hieronymum. Quirinum, quem Julius III. Venetorum Patriarcham denuntiavit circa annum Domini 1550. fuere numerum quatuordecim.

D. MAGISTRI sacri, & Apostolici Palatii, (quod munus B. P. Dominicus instituit anno 1220. sub Honorio tertio Pontifice, & ad illud spectat lectionem sacram facere, omnibus libris, & scriptis, quae typis mandantur superintendere, orationes & conciones si quae coram Rom. Pontifice habendae sunt censere, in omnibus confessoribus, & disputationibus sententiam suam dicere, & congregationi sancti officii inquisitionem intervenire: gaudetque nomine Reverendissimi, & inhabitat palatium Apostolicum, cunctisque Theologis, & magistris ordine, ac dignitate praeminet) extitere quinquaginta tres. Neque hoc munus per vota, sed solum Pontificis nominationem, & electionem obtinetur, siveque id officii quoad inquisitionem concernit, prius demandatur Cisterciensibus, ut supra diximus. De Sanctis Cisterc. In hoc numero magistrorum S. Palatii duo fuerunt Sancti Canonizati, B. Dominicus, B. Vincentius Ferrerius, Cardinales VII. Patriarcha unus: III. Archiepiscopi: Episcopi XI. & septem Generales Ordinis.

ARCHIEPISCOPI ex ordine S. Dominici fuerunt ad-

modum multi, atque ex variis nationibus vari. Nos numerum collegimus: qui nomina, locum, & chronologiam temporis, quando floruerint desiderat, consulat P. Alfonso Fernandes, in lib. cui titulus concertatio Praedicatoria pro Ecclesia Catholica: impresso Salmanticae anno 1518. apud Didacum a Cuffio in uno volumine. Ubi & superiora, & quae deinceps de hoc ordine scribentur, particulatim & ordinate recensentur. Haec enim ita breviter concinnata, nostro instituto, hujusque operis argumento sufficiebant.

Fuere igitur & Praedicatorum familiis ad Archiepiscopalem dignitatem virtutis praerogativa promoti, Hispani quidem numero 26. & Americi duo, quorum unus Dominicus Valderama in Regno Peru natus adhuc superest. Itali numero 66. Siculis 1. Galli 15. Germani 8. Angli 4. Poloni 3. Hungari 2. Graeci 2. Armeni quorum nomina, & cognitio ad nos devenit, quia plures desiderantur, 9. Atque in universum Archiepiscopi hujus ordinis fuerunt 129.

EPISCOPI ex hoc ipso ordine S. Dominici plures insuper, & ex variis nationibus, Hispani siquidem fuere numero 166. Hispani Americi V. quorum postremus Episcopus Quentenensis, obiit anno 1512. Itali 3662. Siculi 23. Galli 69. Germani 24. Angli 7. Hyberni 3. Scoti 1. Belgae 10. Inter quos Antonius Cavetius Episcopus Namurensis, qui interfuit Concilio Tridentino, & consilio suo D. Joanni Austriaco Belgicae Ophovius S. T. D. consecratus Episcopus Sylvaeducensian. 1626. Poloni 42. Ex Dania oriundi 8. Hungari 9. Dalmatiae 7. Ragurini 9. Graeci 15. Itaque numerus illorum, qui Episcopali dignitate praefulerunt ex ordine S. P. Dominici, ascendit ad dcc. lxxii. praeter alios plures, quorum notitia ad auctorem non devenit: & alios 26. qui Episcopatus oblatos repudiaverunt, de quibus in loco Episcopatus, & Episcopatus.

Numerus eorum, qui Imperatoribus, & Regibus, aliisque Principibus Caesari, & Regii Stemmatis fuerunt a sacris confessionibus, quorum nomina, & tempus videntur apud P. Alfonso Fernandes libro allegato: Confessarii Regum Castellae, & Legionis, Valentiae, &c. 10. Regum Lusitaniae 49. Regum Aragoniae, Valentiae, &c. 10. Regum Galliciae 14. Regum Galliarum, 16. Regum Angliae 6. Regum Supradictorum plures alii praeter dictos, fuerunt confessorii ex hoc ordine, quorum nomina per incuriam oblivioni tradita perhibentur.

Qui regibus Poloniae fuerunt a sacris confessionibus, numerantur 21. & ita supradicti Confessarii Regum, & Imperator. conficiunt numerum 126. praeter varios, qui idem munus apud alios Principes Regii stemmatis exercuerunt, & etiam hodie summa cum laude exercentur.

Ex eodem ordine plerique etiam Principum, & Regum existere Padagogi, & institutores, sique numerantur octo, quorum alii Regum Castellae, alii Regum, & Reginarum Lusitaniae tutelam, & moderamen susceperunt.

Sed & Concionatores celeberrimos Imperatorum Regumque ab hac Religiosorum Academia adscitos constat. Et quidem in regno Lusitaniae, & aliis, quae regnum Hispaniae tunc laudent, 45. numerantur, qui hoc concionandi munere summa cum laude functi sunt, quomodo etiam duo in regno Franciae. Praeterea alios qui apud varios Principes eruditissimis suis memoriam reliquerunt, famamque discretissimis concionibus extenderunt.

Quin non modo Religio est se suscepit curam, sollicitudinemque hujus ordinis Patres sedulam acceperunt, sed & aliarum Religionum, quae temporis lapsu, nonnihil de primo suo fervore remiserant, visitatio, reformatio; a summis Pontificibus, non semel eis credita fuit, per varias Hispaniarum, & Italiae Provincias, quod sane munus miro cum fructu obierunt. Ut videre est apud Alfonso Fernandes supra, qui X. hac functione celebres recenset.

QUI EX ORDINE PRAEDICATORUM RELIGIONEM Catholicam adversus Infideles, & Haereticos mirifice propugnant.

Quo anno in Anglia S. Thomas Archiepiscopus Cantuariensis gladius impiorum occubuit, divino annuente numine factum est, ut Calarogae in Hispania ex nobilissima Gufmanorum stirpe, unde & Austriacorum Principum rami prodierunt; Dominicus nasceretur. Qui Dei zelo plenus, postquam ordinem se instituit per Rom. Pontificem confirmari curaverat,

raverat, ad Tolosanum Comitatum venit. In quo cum hereticis...

Edem P. Dominico adhuc superstiti anno 1220. Agarenorum...

Statim post mortem B. Dominici, dum in Sanctorum numerum...

Anno 1222. ad Cumanos missi aliquot Prædicatores, qui zelum...

Christiana imbuerunt, Duce eorundem baptizato. Rutheni quoque...

Longum effecti re per omnes Provincias, & ætates, quantum lucis...

Hoc interim notandum officium S. Inquisitionis hæreticæ pravitatis...

CELEBRIORES ALIQUOT HORTUS ORDINIS SCRIPTORES, qui Ecclesiam scriptis suis mirifice illustrarunt...

- S. Dominicus Ordinis institutor. Hugo de S. Caro. Sanctes Pagninus. B. Albertus Magnus. Joannes à Turrecremata. S. Thomas Aquinas Doctor Angelicus. Hieronym. Savonarola. S. Antonius. Bartholomæus à Ledefona. S. Vincentius Ferrerius. Ludovicus Granatensis. Petrus Soto. Albertus Castellanus. Dominicus Soto. Antonius Ferrariensis. Dominicus Bannes. Alfonso Ciaconius. Durandus de S. Porciano. Ferdinandus Castillo. Adrianus Venetus. Sixtus Senensis. Joannes Taulerus. Thomas Vius Cajetanus. Vincentius Belluacensis. Sylvester Prieras.

Horum scripta, & erudita monumenta, uti & cæterorum, qui ex hoc ordine claruerunt, quare apud P. Alfonso Fernandes libro sapius memorato.

DE QUI EX PRÆDICATORUM ORDINE in Sanctorum numerum relati.

Non hic de illis, qui vite sanctitate, & exemplo hunc ordinem illustrarunt. sermo est in presenti: sed duntaxat illos producimus, quos evidentiæ sanctitatis testimonia Sanctis adjunctos demonstrant...

S. DOMINICUS est nobili Guzmanorum stirpe, è qua prodire ut diximus, insuper angustissima domus Austriacæ Germania; Ordinis hujus præclarissimi fundator, & Patriarcha, obiit anno 1221. eumque Gregorius IX. in numerum Sanctorum miraculis clarum retulit, anno 1234.

S. PETRUS Martyr, obiit anno 1252. ab Innocentio IV. Divorum catalogo adscriptus, anno insequente.

B. ANTONIUS obiit anno 1459. eumque Adrianus VI. in numerum Sanctorum recensit anno 1523.

S. THOMAS Aquinas Doctor Angelicus, scriptorum pari-

ter, ac miraculorum gloria perillustis, esse desit inter mortales 1274. quem Joannes XXII. Sanctorum Catalogo E adscripsit.

S. VINCENTIUS obiit anno 1419. Canonizatus à Calixto III.

S. HYACINTUS mortuus anno 1257. in Sanctorum numerum relatus à Clemente VIII. anno 1514.

S. RAYMUNDUS obiit anno 1275. ab eodem Pontifice Sanctis annumeratus anno 1501.

S. CATHARINA Senensis, cui & stigmata sacra Christus ejus sponsum impressit; in sanctorum Virginum Chorum translata à Pio II. anno 2461. postquam vivere desisset anno 1380.

Ceterum qui sequuntur, à modernis Pontificibus ob sanctitatis famam, & multiplicis virtutis nomen, Beatorum titulo digni sunt declarati, publico Ecclesiæ testimonio solemniter aliquando in Sanctorum Catalogum referendi.

B. AGNES de monte Politiano, quæ obiit anno 1317. & inter Beatas numeratur anno 1501.

B. LUDOVICUS Bertrandus, anno 1510. inter beatos collocatus obiit anno m.d.lxxx.

F. PETRUS Cerdan. qui obiit anno m.cccc.xxii. & invocatur in Catalonia ob vitæ sanctitatem.

F. ÆGIDIUS de Povella, aliàs Magnus, qui obiit anno m.cclxv. & colitur ejus festum in Lusitania.

B. AMBROSIVS Senensis obiit an. m. cc. lxxxv. eumque Clemens octavus titulo Beati decoravit.

B. JACOBUS Salomonius Patrius Venetus, miraculis claruit.

B. SYBELLINA Virgo Papiensis, ab anno XL. ætatis lumine orbata, ab an. xv. reclusa, sanctitate vitæ, quam usque ad an. lxxx. protraxit, illustris exitu, mortua anno 1367.

Legantur plures apud Abrab. Bzovium Tom. XII. & XIV. Annalium.

ORDINIS PRÆDICATORUM CONVENTUS, & Monasteria.

Quemadmodum numerosa Abrahami Patriarchæ posteritas, Isellarum & arene, quæ est in litore maris quantitati comparata, & olim à Deo significata fuit; Sic neque ineptum symbolum posteritatis quæ à S. Dominico secundum spiritum descendit Isellarum, & arene numerus præstat. Certè M. Anton. Sabellicus gravis author, & historicus fide dignus, ita de hoc ordine scripsit. Censebantur ait, dum hæc commentarentur, una & viginti Provincia prædicatorum; Conventus in eis quatuor mille, c. & xlvi. In his autem sacris initiati, sex & viginti millia, cccc. lx. è quibus circiter mille, & quingenti erant S. Theologie Doctores, & professores. Multaque eorundem familie in Armenia, & Æthiopia: ac circa Byzantium numerus conventuum definit non potest. Ita ille, qui tamen floruit circa annum Domini.

Scripsit autem de presenti argumento Fr. Joan. Michael Pius Bononiensis, è cuius lucubrationibus in lucem editis Papiæ an. M.DC.XIII. selegimus, quæ de Ordinis hujus accretione, dilatatione, & conventuum ejusdem in varias Provincias distributione subjungimus.

Hispania quæ prima ab hoc Ordine lumen, & splendorem accepit, quæq; in varias subdividitur Provincias, uputa Portugallensem, Andalusianam, Aragoniam, Castellanam, Gallicæ, Navarræ, &c. numerat Conventus virorum LXXXVI. Sanctimonialium XL. Et notandum, quod hic perpetuo fungantur officio Inquisitorum hæreticæ pravitatis Patres hujus Ordinis; Cathedratæ principales tam in alma universitate Salamanticensi, quam alibi, ut etiam in præcipuis Ecclesiis obtinent.

Provincia Tolosana habet circiter conventus XXV. Provincia Francia conventus numerantur XXXVII. fratrum: Sanctimonialium V.

Provincia Lombardiæ continet LXXVII. Prioratus XXIII. Vicarias, & XXXV. monasteria Sanctimonialium.

Provincia Romana habet monasteria XXIX. Vicarias III. Sanctimonialium cænobii quatuor numero.

Provincia de regno ad insulam Caroli Siciliæ R. eretzæ sub Bonifacio VIII. Sunt Prioratus XXXIII. & XXXV. Vicarias.

In Scotia olim supra XX. conventus virorum recensiti plerique Sanctimonialium.

In Hybernia etiam plerique Monasteria hujus Ordinis, eaque celeberrimis viris relecta, existisse constat: quæ nunc prohi dolor! hæreticæ pravitatis tyrannide, ut & in aliis plerisque Regnis, & Provinciis deleta sunt. Plura etiam magis particularia videat lector apud Auctorem frequentius à nobis in superioriibus allegatum.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI. Provincia

Provincia Græciæ habet paucos conventus eo, quod Turcæ ut plurimum pateat. Est Vicaria in Creta, & aliis locis. Provincia Aragoniæ habet conventus LXIII. Vicarias Sanctimonialium duodecim.

Provincia Bohemiæ, numerat monasteria XXIV. Provincia de Provença five Provincie, habet conventus fratrum XXV. Sanctimonialium II.

Provincia Dalmatiæ continet conventus XV. Provincia Siciliæ habet Prioratus XX. Vicarias XVI.

Provincia Lusitanie divisa ab Hispanica; continet XV. monasteria fratrum, conventus XXV. Vicarias XXX.

Provincia Beticæ, five Andeloufiana continet conventus LXII. Sanctimonialium XLIII.

Provincia Germaniæ inferioris numerat monasteria 27. Vicarias III. & Monacharum cænobii VI.

Provincia S. Thomæ Aquinatis in Græciæ, habet conventus III.

Provincia Calabriæ habet XVI. conventus & vicarias XXXII.

Provincia S. Crucis in India occidentali, habet multos conventus.

Provincia S. Jacobi ibidem in alias Provincias divisa. Ita ut Mexicana Provincia habeat VI. conventus, & XXVIII. Vicarias. In Mysicæ sunt conventus five vicariæ X. alii alios locis.

Provincia Peruvia habet conventus XVI. Verum ut eadem in plerisque alias subdividitur, longè etiam plures numerantur.

Provincia S. Vincentii in occidentali India, complectitur plures conventus.

Provincia S. Antonini in novo Regno Granatæ in eadem India, habet etiam numerosos conventus, vicarias, & monasteria Monialium.

Provincia S. Catharinæ de Quito in India occident. etiam multis hujus ordinis monasteriis decoratur. Uti & Provincia S. Laurentii de Chile ibidem.

Provincia Occitana in Langedock numerat conventus XXII.

Provincia S. Petri Martyris in Lombardia superiore, habet conventus XXXII.

Provincia S. Hyacinthi in Russia XXII. conventus complectitur.

Præterea Armeniam, aliisque Regiones vastissimas, in quibus Ordo S. Dominici pietatis, & religionis suæ radios, ex quo ille Catholicam fidem posterionibus sæculis amplexæ fuerunt, emiserunt. Conventus in eis celeberrimos recenset idem P. Michael Pius in suo Tractatu de hoc ordine.

Cæterum quantum in exteris regionibus incrementum hic Ordo cepit, constat ex initio Bullæ ejusdem ab Innocentio IV. emanatæ: quæ ita habet: Dilectis filiis Fratribus de Ordine Prædicatorum in terris Saracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Æthiopum, Syrorum, Iberorum, Alanorum, Gazanorum, Gothorum, Lyciorum, Ruthenorum, Jacobitarum, Nubianorum, Gorgianorum, Armenorum, Indorum, Mostellitarum, Tartarorum, Hungarorum, majoris Ungariæ, Christianorum, Captivorum apud Tartaros, aliarumque infidelium nationum Orientis, seu quarumcumque aliarum partium proficicentibus salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum sora undecima, &c.

Provincia Hungariæ habuit conventus LXVII nunc gemit pro bona parte sub Tyrannide Turcæ.

Provincia Angliæ habuit XLIV. conventus, & Sanctimonialium plures.

Provincia Daciæ, quæ magnam partem Septentrionis complectitur, habet quam plurima monasteria, quorum numerus non specificatur.

Provincia Palestina quoque celeberrimos conventus habuit, & magno numero. Modò sub Mahometanis jacet.

Provincia Saxonie tam inferioris quam superioris, magno etiam Monasteriorum numero circumferebatur.

In Scotia olim supra XX. conventus virorum recensiti plerique Sanctimonialium.

In Hybernia etiam plerique Monasteria hujus Ordinis, eaque celeberrimis viris relecta, existisse constat: quæ nunc prohi dolor! hæreticæ pravitatis tyrannide, ut & in aliis plerisque Regnis, & Provinciis deleta sunt. Plura etiam magis particularia videat lector apud Auctorem frequentius à nobis in superioriibus allegatum.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI. Provincia

* ENCOMIA ORDINIS PRÆDICATORUM A VARIIS PONTIFICIBUS EIDEM attributa.

Qui hujus ordinis splendorem, & emerita elogio pro illius dignitate enarrare aggressus fuerit in plura volumina laborem, & argumenti tam fecundis tractationem extendere oportebit. Quod cum non sit ex instituto hujus operis, in quo varia argumenta sub compendio recensentur, præ aliis multis, pauca Romanorum Pontificum, de hoc Religiosorum Ordine Encomia in medium adducentur. Ex quibus nullo negotio cuius constabit, quo in pretio jam olim apud eoldem Ordo hic fuerit. Sic ut recentiores plerique non habeant, quod de favoribus sibi impensis sub prima initia, & velut in primo fervore, gloriantur: cum præfatus Ordo ex quo institutus est, pietatem, eruditionem, & avirum zelum servet, novisque indices favoribus, & honoribus acculetur, frendente nequidquam atro Livore, qui non nisi excelsa, & illustrata petere solet, & ad ima dentem non aceret.

HONORIBUS III. Pontif. qui hunc ordinem confirmavit, F velut præfignis quid boni spirituales per hunc consecuta esset Dei Ecclesia, eos qui primis initiis nomen illi dederant, vocat Pugiles fidei, & vera mundi lumina. In Bulla cujus initium, Nos attendentes, &c.

Gregorius IX. de istidem loquens, dicit: Veri, & fideles Christi ministri, qui non quæ sua, sed quæ Christi sunt, quaerunt.

Joannes XXII. eos compellat, Homines in virtute Domino militantes, & crucifigentes cum vitis, & concupiscentiis carnem suam.

Innocentius IV. eodem hujus Ordinis Patres appellat; Pater luminum, inquit, Fratres Prædicatores in lucem gentium tribuit.

Et in quadam Bulla data anno III. sui Pontificatus ait: Humiles habitu & affectu, Fratres de Ordine Prædicatorum cælestes amore patriæ sic indefectibili vinculo adstrinxerunt, ut hoc solum pro deliciis habeant, quod per Sanctitatis operam grati oculis divina majestatis occurrant. De hujusmodi quidem vinculi virtute procedit, ut ipsi circa ea in quibus divini gloria nominis, & honor continentur Ecclesiæ, ac robur Ecclesiasticæ libertatis, ita prompto & indefesso ducantur spiritu, quod nulla eis formido possit obfistere, quin liberè faciendæ subeant, quæ de Apostolicæ Sedis circumpecta procedunt voluntate. Nos itaque gloriantes in Domino, quod ipse viris talibus suam manivert Ecclesiam, qui mori pro Christi diligit, & pati pro justitia delectatur, &c. Quibus familia nonnulla subscribuntur.

ALEXANDER etiam IV. Exultante, inquit, Spiritu frequenter advertimus quod status Ecclesiæ generalis per vestre prædicationis, & doctrine salutis instantiam, divina gratia suffragante multipliciter illustratur.

CLEMENS VI. in Ordine Fratrum Prædicatorum, quasi solis radius in hac valle lacrymarum lux eruditionis eluceat.

BONIFACIUS IX. Fratres ordinis Prædicatorum, inquit, multiplex splendoribus radiantibus, quorum sonus prædicationis per diversa mundi climata noscitur exivisse. Hi sunt quos Deus numero multiplicavit, & meritis.

Quibus autem gratiarum indultis eundem ordinem ultrò semper cumulari Romani Pontifices, longum fore enarra- re. Consulat Lector curiosus super his Fr. Michael Pium lib. 4. de viris illustribus hujus Ord. cap. 1. & alios qui in hoc argumento desudarunt.

Consulat Lector Auctores initio adductos, & quædam etiam bavarici ex loco de B. Maria, ubi de Rosarii cultu, & institutione agitur.

* ORDO S. FRANCISCI, QUI ET Minorum illius Origo.

FRANCISCUS, Assisii in Umbria natus, patris exemplum fecutus, à prima ætate mercaturam fecit. Qui quodam die pauperem pro Christi amore flagrantem pecuniam, cum præter confuetudinem repulisset, repente eo facto commotus largè ei misericordiam impertivit, & ex eo die Deo promissit, se nemini unquam possessionem elemosynam negaturum. Cum vero post in gravem morbum incidisset, ex quo aliquando confirmatus, cepit ardentius colere officia charitatis. Qua in

exercitatione tantum proficit, ut evangelice professionis cupidus, quicquid haberet, pauperibus largiretur. Quod feceris iniquus pater, cum ad Assisinate Episcopum duxit: ut coram illo bonis cederet paternis: qui rejectis etiam vestibus, patri concessit omnia, illud subiungens, sibi in posterum maiorem facultatem fore dicendi, Pater noster, quies in Cæli.

Cum autem illud ex Evangelio audivisset: Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, non peram in via, neque duas tunicas, neque calcamenta: sibi eam regulam servandam proposuit. Itaque detractis calcicis, & una contentus tunica, cum duodecim sociis adhibuisset, Ordinem Minorum instituit. Quare Romam venit anno salutis millesimo ducentesimo nono, ut sui ordinis regula ab Apostolica Sede confirmaretur. Quem cum accedentem ad se summus Pontifex Innocentius tertius receisset, quod in somnis postea sibi ille, quem repulerat, collabentem Lateranensem Basilicam suis humeris sustinere visus esset, conquiritur accesserit iussit, benignèque accipiens, omnem eius institutorum rationem confirmavit, Franciscus igitur, dimissis in omnes orbis terræ partes fratribus ad prædicandum Christi Evangelium, ipse cu piens sibi aliquam dari martyris occasionem, navigavit in Syriam: ubi a rege Soldano liberalissimè tractatus, cum nihil proficeret, rediit in Italiam.

Multis igitur extructis suæ familiæ domiciliis, se in solitudinem montis Alyemi contulit: ubi quadraginta diebus, propter honorem S. Michaelis Archangelis, in ieiunio, & oratione consumptis, festo die exaltationis S. Crucis, et Seraphim, crucifixi effigiem inter alas coniciens, apparuit, qui ejus & manibus, & pedibus, & lateri vestigia clarorum imprellet: quæ S. Bonaventura, cum Alexandri IV. summi Pontificis prædicationi interfecit, narrasse Pontificem à se visâ esse, literis commendavit. His insignibus summi in eum Christi amoris maximam habebat omnium admirationem. Ac biennio post graviter agrotans deserti voluit in Ecclesiam S. Mariæ Angelorum: ut ubi spiritum gratiæ à Deo acceperat, ibi spiritum vitæ redderet. Eo in loco fratres ad pauperatē, ac patientiam & S. Romanæ Ecclesiæ fidem servandam cohortatus, Pfsimum illum pronuntians, Voce mea ad Dominum clamavi, in eo versiculo, Me expectant iusti, donec retribuas mihi, estavit, animam IV. Nonas Octobris Anno 1226. Quem miraculis clarum Gregorius Nonus Pontifex maximus in Sanctorum numerum adiecit, anno 1228. biennio scilicet post obitum. Tanta erat sanctitatis illius apud omnes opinio. Breviariū Romanum.

Univerſi ordinis Franciscani Historiam, quam Seraphicam vocant, accuratè scripsit Franciscus Gonzaga, primū generalis Minister ejusdem ordinis, post Episcopum Mantuanus, addito Catalogo Provinciarum, ac monasteriorum omnium dicti ordinis. Quod utinam reliquorum ordinum, præsertim mendicantium, præfecti generales æmulent. ut Singulare est in hoc Ordine, quod nulla unquam Religio ab hominibus inventa tam brevi tempore tantâ incrementa cepit, quanta hic Ordo, qui uno panis momento totum mundum, cum admiratione multorum, complevit.

III. REGULÆ, AC INSTITUTA S. FRANCISCI.

Cæterum S. Franciscus tres Ordines, ac totidem Regulas instituit: ut in die ejus festo canitur.

- Tres Ordines hic ordinat. Primusque fratrum nominat Minorum, pauperumque: Est Dominarum medius, Sed Penitentium tertius Sexum capit utramque.

Primus Ordo anno 1206. institutus, Conventuales, Observantes, Capucinos, & Recolectos complectitur.

Secundus Ordo anno 1212. per S. Franciscum similiter institutus, est monialium Clarissarum, quarum aliæ dicuntur Damianitice, aliæ Urbanitice. Dicuntur autem Damianitice à primo conventu S. Clare, qui est S. Damiano sacer. Id nomen habent omnes eæ moniales, mitigationem Regulæ ab Urbano Papa factam non ademerunt, sed in summo disciplina, ac paupertatis rigore persistant. Quales sunt Pauperæ Clarissæ, ut vocant, Coletanas, & Capucinæ.

Et contra Urbanitice dicuntur, quæ Urbani Papæ mitigationem ademerunt, & à vulgo Divites Clarissæ nunc vocantur quod annuos redditus habeant.

Tertius Ordo an. 1221. inchoatus complectitur viros, & foeminas, domi suæ juxta præscriptum tertie Regulæ viventes. Complectitur quoque Religiosos viros monasticis adscriptos, & tertiam istam regulam servantes.

ORDINUM, ET CONGREGATIONUM SUB REGULA, ET NOMINE S. FRANCISCI Institutarum Origo, & progressus.

Ex lib. Originum Monasticarum Aab. Miræi. * ORDO CAPUCINORUM. Circa annum Christi vigesimum quintum supra millesimum quingentesimum Capucinorum institutum Fr. Mattheus Balchius, apud Umbros natus, inchoavit monasterio apud Camerinum, Umbriæ urbem, ab Illustri matrona Catharina Cibo, Camerini Duce donatus. Habuit is socios Fr. Ludovicum Tenalium Forosempontensem, ejusque fratrem germanum. Hi Romam profecti à Clemente VIII. Pontif. Maxim. impetrarunt facultatem ferendi tunicam asperiozem & villosam, coloris cinerici, cum capucio in vertice acuminato, facultatem similiter suscipiendi fratres, & faculares ad eundem habitum, atque ad trium vortorum professionem juxta S. Francisci institutum admittendi: ut constat ex diplomate anno 1526. Maii octavo dato. Prius porro Capucinorum Prædicti generalis anno 1526. electus fuit idem Mattheus Balchius, post eum Ludovicus Tenalia, & sic alii ex ordine ad nostra usque tempora.

Ita ferè Petrus Redulphus Tessinaensis in historia sua Seraphica Romæ an. 1486. edita, & Paulus Morisius lib. 1. Originum monasticarum, cap. 53. & alii. Sunt qui aliter nonnulli ista narrent: de quibus vide Miræi Chronicon rerum toto orbe gestarum, cum Siegberto Gemblacensi, Antuerpiæ editum.

Hic Ordo ita crevit, ut spatio XLII. annorum cxxxii. monasteria numeraret, in quinquem provinciis divisa, in quibus erant bis mille ducenti quadraginta Religiosi.

Maximo sanè fructu inter Hæreticos hodie versantur PP. Capucini in Gallia, Germania, vicinique provinciis, ut & discaleari Carmelites, aliique Ordines reformati: quod ad devios istos homines reducendos sæpè plus valent exempla quam verba.

* ORDO CLARISSARUM, SEU G. Monialium Ord. B. Francisci.

CLARA, nobilis virgo Assisi nata in Umbria, Sanctum Franciscum civem suum imitata, facultatibus suis in pauperes erogatis, quemadmodum ille fraterum, sic ipsa sacrorum fororum collegium instituit: cum quibus in Ecclesia Sancti Damiani vixit admirabili sanctitate. Quæ Saracenis Assisium obsidentibus; & monasterium, cui illa præerat, invadere conantibus, agræ se ad portam effert voluit, unâque vas, in quo sanctissimum Eucharistiæ sacramentum erat inclusum: ibique oravit in hunc modum: Ne tradas, Domine, bestis animas confitentis tibi, & custodi famulas tuas, quas pretioso sanguine redemisti. In cujus oratione ea vox audita est, Ego vos semper custodiam. Saraceni autem partim se fugâ mandarunt, partim qui murum ascenderant, capti oculis, præcipientes occiderunt. Ipsa virgo paulo post jejuniis, orationibus, vigiliisque confecta, cum duos & quadraginta annos summa cum laude monasterium gubernasset, multaque edidisset miracula, pridie Idus Augusti, sacra Eucharistia sumpta, & animam Deo reddidit anno 1253. Innocentio quarto summo Pontifice, qui agrotantem virginem invisit, eique suppliciter petenti indulgentiam peccatorum impetivit. Quam postea Alexander quartus inter sanctas virgines retulit, biennio post ejus obitum, anno Pontificatus sui secundo. Quo tempore & ordinem Eremitarum Sancti Augustini confirmavit.

CONGREGATIO COLETANA MONIALIUM ordinis S. Clare, per B. Coletam instituta circa annum 1225.

B. Coleta virgo Corbeje in Picardia nata, ordinem S. Clare cepit primū reformare in monasterio urbis Bisuntinæ apud Burgundos, post in aliorum quoque locorum variis monasteriis; uti potissimum consilio P. Francisci Balmæ, Confessorii sui viri morum, vitæque integritate laudatissimi, cujus ossa in dicto Bisuntino cœnobio quiescunt: Obiit autem B. Coleta Gandavi in Bethlehem sui instituti cœnobio, anno 1447. ubi hodieque sacrum ejus corpus in integrum magna veneratione à monialibus adferatur. Vitam ejus fusc scripsit Stephanus Juliacus, Theologus Parisiensis à Surro editum. Colitur

sicut autem Gandavi à suis Officiis Ecclesiasticis, juxta Indulgentiam Clementis VIII. Papæ, petente Sereniss. Isabella Clara Eugenia, Belgarum Principe, an. 1604. concessum: quod ad alia ejusdem instituti cœnobio Congregata Paulus V. anno 1610. extendit.

Cæterum reformatæ hujus Congregationis monasteria sunt ista, Bisuntinum & Poligniacense in Burgundia, Gandense & Brugense in Flandria, Arrebatense & Heldenense in Artesia, Cameracense in provincia ejusdem nominis, Ambianense, & Peronenſe in Picardia: Rothomagenſe in Normannia, Muffipontanum in Lotharinga, Nannetense in Britannia minore, Camberienſe in Sabaudia, Diefense seu Dinense, Dauronenſe, & Surenſe in Delphinatu.

Unstro itaque avo B. Theresia ordinem Carmelitarum, sic & suo B. Coleta ordinem Clarissarum, varia monasteria ipsam vetustate, feliciter reformavit.

* ORDO ANNUNCIATARUM.

Ordo beatæ Mariæ semper Virginis primū institutus fuit in Gallia à beata Joana, filia Ludovici XI. sorore Caroli VIII. eademque conjuge Ludovici XII. Regum Gallia. Cui quidem Ludovico eum diu ante regnum nupsisset, Duciduchæ Aurelianensis, Carolo abique liberis defuncto, in regno, sufficit, suam aliorum suorum procurator, & suo ambitu, ne Britannia Armeonice Ducatus abdicaretur, Annam ejus provincie hereditem, & Caroli viduam duxit uxorem, Joana dimissa. Causa divortii meum præferatur, & quod non spontè eam duxisset, sed compellente patre virginis Ludovico XI. Rege, quodque illius adeo corpus nunquam attigisset. Neque Joana se opposuit, sed libens ad alterius, gremioque Regis cultum se convertit. est non desceat, cum facti, tum profani ordinis proceres plurimi, qui Regis factum liberè damnaverunt. Fuit inter alios Joannes Standoneus patria Mechliniensis, & Doctor Theologus Parisiensis, qui qua erat constantia, ac libertate, Regem acterit corripuit. Quapropter exilio multatus, in Belgium rediit, & Standoncum Lovanii Collegium, alterumque Mechlinie in patria instituit. Fuit & Thomas Varnetus, Standonei discipulus, idemque Ecclesiastes egræus, qui pariter in exilium pulsus Valentianus in Hannonia Gymnasium erudiendæ juventuti excitavit. Fuere & alii Lutetij Theologi, qui Joannæ causam fortiter tuerentur.

Ipsa tamen, ut dixi, non se opposuit, & leta se Deo totam dedit, & concitavitque, ac mente quidem tranquilla, quod Alexandrum VI. Pontificem Max. indulgenti, atque, ut loquuntur, dispensasse intellexisset. Ducatum porro Bituricensem dono à Rege acceperat, cujus se fructibus, Bituricem in urbe agens, praviavit, & alia piis usibus impendit. Instituit autem sacrum hunc ordinem in honorem, cultumque Deip. Virginis, quem diplomate an. Christi 1501. dato Alexander VI. Pontifex Max. primū confirmavit, procurante R. P. Gilberto Nicolao, ordinis S. Francisci monacho; qui postea Gabriel Maria est nuncupatus, faventeque in primis Joanne Baptista Ferrario, Episcopo, & Cardinale Mutinensi, ejusdem Pontificis, ut vocant, Datario.

Post Alexandrum Julius II. anno 1506. deinde Leo X. anno 1517. idem institutum approbarunt, & privilegia stabiliverunt. Univerſa porro virginum Annunciatarum regula decem capitibus constat, quæ decem primarias Deiparæ Virginitatis, in Evangelis expressas, ob oculos ipsis proponunt imitandas: nimirum castitatem, pudentiam, fidem, humilitatem, veritatem, devotionem, obedientiam, paupertatem, patientiam, pietatem seu misericordiam, & compassionem five dolorem: ut vocibus apud pios notis utamur. Itaque non ex Basilii, Augustini, Benedictini, Francisci aut alterius Sancti Patris præscripto, sed ex ipsis, ut dixi, verbis evangelicis hujus ordinis regula est concinnata. Quod contra vulgi errorem semel monuisse fuisset. Præsent tamen passim monialibus Annunciatas Sodales Franciscani, quos nuncupant Observantes. Sic enim Beata Joana fundatrix voluit, sive jussit, monitum, ut scribunt, divino; & Pontificis exinde Romani id ratum esse voluerunt. Utuntur autem Annunciatæ moniales vestetali leucophaa, seu græca, ut vulgus loquitur: in testamento vita pœnitentia, quam proficiuntur: Chlamydem velt proflus candidam, ex humeris in pedes desinentem, & velum nigrum in capite gestant, onantur insuper scapulari, ut vocant, rubro, in formam crucis anec pectus adaptato, memorie passionis Dominicæ assidue in mentem revocandæ. Quod ad victum atinet, carnisbus quidem vescuntur, sed non L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

nisi Dominicis diebus, itemque feriis tertiâ, & quinta, idque non nisi semel in die, nisi aliud fortasse valeudo postulet. Cæterum toto vitæ cursu sanctissimè tranſacta Beata Joana ferè quadragenaria Biturigis in domino obdormivit pridie Nonas Februarii, anno salutis millesimo quingentesimo quinto, ut Christianus Massæus, qui illo ævo vixit, disertè in Chronico testatur. Addididem, ad hujus sanctæ mulieris sepulchrum multa miracula cælitus facta memorari. A viro porro fide dignis certò accepimus, hodieque ad ejus tumulum, quamquam ab impiis Calvinianis violatum (ut in busta, cinerisque Divorum passim per Galliam crudeliter fœverunt) frequenter piorum hominum concursus fieri, cæcos accendi, dona, vota que offerri, & miracula non rarò patrari. Merito itaque virgines Annunciatæ Bituricenses fundatricis suæ memoriam quotannis, ipso obitus die, his verbis revocant: Obiit inclyta, & meritis plena Joana de Francia, Illustrissima quondam Regis filia, & soror alterius, videlicet Caroli Octavi, quæ viro soluta castè vivens, mundo orbatâ, & divinis ac sacris addita, totius ordinis sacrorum benepactorum Evangelicorum fundatrix, & reſtrix piensissima. Cujus sacrum pignus Biturigis honorificè sepelitur, miraculis clarens, porro nunc in cœli lauræa perpetuo cum beatis Deo fruatur, die 4. Februarii defuncta, anno Domini millesimo quingentesimo quarto.

Notet hic Lector, obitum Beate Joannæ ad annum Christi 1504. referri, juxta stilum, seu calculum veterem Ecclesiæ Gallicanæ, annum à Paschate inchoantis. Alioquin juxta stilum Romanum, annum à Kalendis Januariis ordiente, constat eam 1505. obiisse.

DE COENOBII ORDINIS B. MARIE, seu Virginum Annunciatarum in Francia, & Belgio.

Primū ut dixi hujus instituti monasterium B. Joana in urbe Bituricensi anno Christi millesimo quingentesimo secundo, ære suo edificare cepit. Georgius Amboifus, Archiepiscopus Rothomagensis, idemque Cardinalis, & Apostolicus per Galliam Legatus, ejus loci Basilicam demum post obitum B. Joannæ consecravit.

II. Secundum hujus Ordinis cœnobium vir nobilissimum Ludovicum Amboifus, Albienſium Dominus, in urbe sua Albienſi, post obitum B. Joannæ, circa annum, ut arbitror, millesimum quingentesimum octavum, exadificavit, virginibus octo Biturigis Albiæ evocatis. Voluit nimirum vir pius avunculi sui recens defuncti Albienſium desiderio satisfacere, qui idipsum, si vita superfuisset, per se præstitisset.

III. Florabant id temporis Brugæ Flandrorum non mercatu solum, sed & Religione. Itaque tertium apud Brugas monasterium à Margarita Maximiliani I. Imperat. filia & Caroli V. Imp. amita anno millesimo quingentesimo decimo octavo constitutum, Virginibus octo à Bituricensi cœnobio advocatis: ut libro de politia civitatis Brugensis Judocus Damhouderius fusc commemorat.

IV. Bethuniense in Artesia monasterium, quod ut olim, sic & hodie nobilissimas habet virgines, Isabella Luceburgensis, Espinoii Princeps, adificandum curavit, & Franciscus Melunus Trevanzæ in Morinis Episcopus, anno millesimo quingentesimo decimo septimo dedicavit. Tumulus Isabellæ marmoreus ibidem vifitur.

V. Cœnobium Athenæ in regno Gallia institutum, in quo R. P. Gabriel Maria millesimo quingentesimo tricesimo obiit, & quiescit.

VI. Sexto circiter lapide ab urbe Parisiensis.

VII. Burdigalæ in Gallia.

VIII. In Hispania.

IX. Nonum cœnobium Lovanii suo ære condidit, anno millesimo quingentesimo tricesimo, nobilissima matrona Maria Hamalia, Guillelmi Croii Marchionis Arcehotani, & Cerviculis in Hannonia toparchæ vidua; sed monialibus, quæ aliis regimen, & exemplum essent, Brugis Flandrorum evocatis. Quibus mox novellæ quatuordecim fide virginis junxere, sicque primitus viginti facto monasterii septo sunt incluse. Hodie numerus penè quadruplo est auctior. Cæterum pia eadem matrona Hamalia eum marito suo ad muros urbis Lovaniensis infigne Cælestinarum Sodaliū monasterium, arcemque vicinam Heurienſem curavit adificandam.

X. Monasterium extructum est apud Montem Pessulanum in Gallia.

XL In Ducatu Bituricensi, & alia alibi plurima. Hujus A portò instituti monialium bina velut colonia anno salutis millesimo sexcentesimo octavo Lovanio sunt deductæ, Antuerpianam una, Nivelas (quod est Brabantiz oppidum diceccis Namurencis) altera R. P. Henrico Sedulio, Franciscanorum sodalium in Germania inferiore Ministro Provincialium primis procurante.

Antuerpiensis quidem monasterii fundandi ea potissimum causa fuit, quod virgines plurimæ Antuerpienses Lovanium cum amplissima dote se conferrent, huic instituto amplectendo, adeo ut locus non fuisset. Quas quidem in urbe patria, ac monasterio velut domesticis retinere satius visum fuit Reyer. Domino Joanni Miræo, tunc Antuerpiensium Episcopo, ejusque urbis Senati. Primum porro templi lapidem fundamentalem, anno millesimo sexcentesimo decimo quinto, Serenissimi Belgarum Principes Albertus, & Isabella Clara Eugenia posuerunt.

Nivelense monasterium debet plurimum illustri nobilium virginum Canonicarum collegio, quod ea in urbe fundavit B. Iria, Pipini I. cognomento Landensis uxor, prima Abbatisa constituta S. Gertrudæ filia.

B Subsequentibus annis fundata sunt & alia hujus ordinis cenobia apud Belgas, ut Ruremundense in Geldria Ducatus metropoli, Trajectense ad Mosam fluvium, Duacense in Flandria Comitatu, & Bruxellense in Brabantia.

ORDINIS MINORUM SPLENDOR, AC PRIMUM QUI EX ILLO EVECTI AD PONTIFICATUM

F. Hieronymus Aculanus Philofophus, ac Theologus insignis, ex Legato Ecclesiæ Romanæ ad Græcos, & presbyter Cardinalis, S. Pudencianæ sub Nicolao III. Præfinito Cardinale sub Martino IV. summi Pontificatus apicem per honorum gradus confendit anno M. CCCCXVII. feditque annis A. mense unico, & diebus XIV.

F. Petrus Phalaretus Archiepiscopus Mediolanensis, & Patriarcha Gradensis, ab Innocentio VII. creatus fuit presbyter Cardinalis Basilicæ Sanctorum XII. Apostolorum. Et ad summum Pontificatum evectus est an. Dom. M. CCCCXIX. & in beati Petri Cathedra per menses X. sedens, Bononiz diem extremum clausit, ac ibidem sepultus est in Ecclesia sui ordinis.

C Sixtus IV. etiam ex hoc Ordine ad Pontificatum assumptus fuit, antea dictus Franciscus, natione Ligur: & a Paulo II. Cardinalis ob virtutum, & eruditionis merita denuntiatus. Electus est in Pontificem an. Dom. M. CCCCXXI. eamque cathedram tenuit annis XIII. mensibus IV. diebus V. & Romæ obiit, sepultus est in Basilica S. Petri.

F. Felix Perretus a monte alto, humili stirpe ortus, sed mente sublimi, eruditione non vulgari, rerum agendarum usu supra homines stupendo valens, Gregorio XIII. Pontifici successit, cum in munere, tum virtute & Sixtus IV. appellari voluit. Ejus prudentiam, miram ingenii celeritatem, & in adornanda Urbe Romana sedulitatem, & sedandis Exulum insolentiam, ut qui per universam Italiam grassabantur, sollicitudinem, nemo exigua pagellæ angustia claudere potest. Scripsit ea uberiori argumento Laur. Beyer, in Chron. suo ad ann. M. D. LXXXV. quo anno is in Pontificem adscitus fuit. Sed in Pontificatu annos sex, aut circiter.

Cardinales hujus ordinis numerantur ab an. M. CCLXXV. quo Bonaventura Fidanzus postea divorum catalogo adscriptus, Cardinalis Albanensis creatus fuit; usque ad hunc præsentem M. DC. XIX. triginta & quatuor.

Patriarchæ ejusdem Instituti recensentur quinque, Archiepiscopi septem, Episcopi quorum nomina annotavit F. Franciscus Gonzaga in l. quem infra scripsi. Origo Seraphicæ Institutionis, &c. parte prima numerantur XI. quamvis longè plures fuerint cum Episcopi, cum Archiepiscopi.

Scriptorum Illustrum ex eodem ordine catalogum idem Gonzaga tradit, quem brevitas causa omisimus, eoque Lectorem remittimus. Fuerunt autem inter hos maximè illustres, Alexander ab Ales Britannus: S. Bonaventura Cardinalis: Conclius Mustus Episc. Bitontinus: Franciscus Ximenius etiam S. R. E. Cardinalis: Joannes Dunfus Scotus, summæ subtilitatis Philofophus: Franciscus Maronius: Franciscus Panigarola Concionator disertissimus: Franciscus Titelmanus: Guilielmus Ochamus: Petrus Rodulphus. Qui omnes, præter alios propè innumeros, Rempub. Christianam scripsit.

fuis, & lucubrationibus eruditissimis condècoratur. Scripsit etiam de viris doctis illustribus, ex hoc ordine, Henricus E. Voilolius.

EX ORDINE MINORUM qui Catalogo Divorum adscripti?

Non hic eos damus, quorum vita, institutioque adeo excidit laudabilis, & sancta, ut & summæ laudis, sanctitatisque opinionem meruerint apud omnes: sed illos dumtaxat, qui publico Ecclesiæ præconio, & testimonio inter Sanctos numerantur, & ut Sancti, officio solemnè, ac veneratione coluntur.

Et quidem, in numerum Martyrum relati, quos subjungimus.

- S. Berardus. S. Samuel. S. Petrus. S. Donulus. S. Adutus. S. Leo. S. Orho. S. Nicolaus. S. Daniel. S. Hugolinus. S. Angelus.

His adde Martyres Gorcomenses.

Confessores accesserunt,

- S. Bonaventura Episc. & Confess. S. Ludovicus Episc. & Confess. S. Antonius de Padua, Confess. S. Bernardus Confessor. S. Ivo Presbyter.

Ss. Guido, Gerardus, Jacobus, Picens Confess.

S. Ludovicus Francorum Rex.

S. Elzearius. S. Didacus.

B. Joannes Capistranus.

B. Paichalis Baylonius.

Virgines Sanctorum choro adiunguntur.

S. Clara. S. Elizabeth Vidua.

S. Micheline Vidua. B. Coleta Virgo.

ORDINIS MINORUM PROPAGATA PER PROVINCIAS varias, & quot in unaquaque Familiz, five Monasteria,

Ordine Alphabetico digesta.

Algarbitorum Provincia habet conventus XXXI.

Anglorum Provincia in Hispaniis, habet conventus XVII.

Anglia primitus habuit conventus XII. tanquam semina aliorum.

Aquitania Provincia habet conv. XLI.

Aquitania recentior habet conventus XLII.

Aragoniz Provincia XXVIII.

Argentinæ Provincia XV.

Arabidorum Provincia XVI.

Austriæ Provincia VI.

Albaniz Custodiæ conventus.

Bæciæ Provincia conv. XXXI. monialium XV.

Basilicæ Provincia conv. XXV.

Bohemiz conventus XXVII.

Bononiz Provincia conv. XLIX.

Bosnæ Argentinæ conv. XIV.

Bosnæ Croatia conv. VII.

Britanniz conventus X.

Brixiz Provincia conv. XLIII.

Burgensis conventus XXIII.

Calabria Provincia habet conventus XXIII.

Canaria habet conventus IX.

Cantabria Provincia XII.

Cantabria XXI. præter conventus monialium, & Tertiarium.

Cartaginensis Provincia numerat conv. XXXI. monialium XVII.

Castella Provincia habet conventus XXVIII. præter cenobia monialium.

Cathaloniz Provincia habet monasteria XXIII. monialium IX.

Colonienfis Provincia XXV.

Conceptionis Marianæ Provincia in Hispania, XXXIII. monialium XXXVIII.

Corfica Provincia XXX.

Dalmatiz Provincia habet monast. XIX. monialium VI.

Duodecim Apostolorum Provincia in regno Peruano conv. XXI.

Flandriæ Provincia, habet monast. virorum XVIII. aliquot feminarum.

Francia Provinciz conv. sunt numero ut minus XLII.

Francia Parisiensis Provinciz numerat conventus XXII.

& mo-

& monialium ibidem XXXVI.

A Genæ Provinciz conventus LIX. Plerique etiam Sanctimonialium.

Germania inferior, Flandria excepta, habet monast. XIX. Granatenfis Provinciz conventus XXVI. monialium XX.

Majoricarum Provinciz habet conventus VII. Sanctimonialium III.

Marchia Provinciz numerat conventus LXXII.

Mediolani Provinciz habet conventus L.

Nominis Jesu de Guicena Provinciz habet conventus IX. ad minus.

Pietatis Provinciz in regno Castellæ, conv. XXVIII.

Poloniz Provinciz conventus XXVI.

Portugalliz Provinciz XXV. præter monast. monialium.

Principatus Provinciz conventus XXVIII.

Raguzi Provinciz conv. IX. monialium II.

Romanæ Provinciz conv. LIV. monialium pleraque.

S. Andrea Provinciz Francia contigua, & Artesiam complectens, habet conventus XII.

S. Angeli juxta castam Calenam in Italia, conventus XXX.

S. Antonii Provinciz Italiz conventus LIX.

S. Antonii in Portugallia Provinciz conventus XV.

S. Bernardini Provinciz conv. in Italia XXV. Mon. III.

S. Bonaventuræ in Gallia Cispalina conventus XLIX. monialium pleraque.

S. Crucis Insulæ Hispaniolæ Provinciz VII.

S. Evangeliz Provinciz in nova Hispania, conv. XXXVIII.

S. Fidei in regno Granatæ Provinciz habet convent. XIII.

S. Francisci Provinciz, quæ ex Hetruria, & Umbria conflatur, sunt conventus LXXXI.

S. Francisci de Quito Provinciz conventus in novo regno Castellæ, numerantur. XII.

S. Gabrielis in Portugallia Provinciz numerat conventus XXVIII.

S. Georgii de Nicaragua conv. in nova Hispania, sunt XII.

S. Gregorii ibidem conventus XI.

S. Jacobi in Hispania conventus fuit XLVIII. ad minus.

S. Joannis Baptistæ Provinciz ibidem conventus fuit XVI.

S. Joseph de Lucatan Prov. conventus fuit XI. & plures.

S. Josephi Provinciz in Portugallia, conventus XXXIII.

S. Ludovicæ Provinciz in Gallia XXIX.

S. Michaelis Provinciz in Hispania conventus XXII. monialium IX.

S. Nicolai Provinciz in regno Neapolitano conventus 48. Monial. II.

SS. Petri, & Pauli Provinciz in regno Mexicano conventus XLVII.

S. Thomæ apud Indos Provinciz conventus XII.

S. Trinitatis de Chile Provinciz in India habet conventus XII. Sanctimonialium unicum.

Sardiniz Provinciz conventus sunt VII. monialium plerique.

Saxoniz Provinciz conventus IV.

Schotiz conventus IX.

Septem Martyrum Provinciz in Calabria XXII.

Siciliz Provinciz conventus XLV.

Terræ laboris Provinciz, in regno Neapolitano conv. XL.

Turoniz Provinciz conventus quamplurimi, numerantur Custodiæ XXXV.

Turoniz Pictaviensis Provinciz sunt conventus XXVIII.

Tuscia Provinciz conventus sunt LXXIII.

Tyrolensis Provinciz conventus numerantur VII.

Valentia Provinciz conventus XXVI. monialium VIII.

Ungariæ Salvatoris conventus in Hungaria, sunt IV.

Ungariæ S. Mariæ conventus numerantur LIII. monialium I.

Habet hic Lector præcipuos conventus, & monasteria hujus ordinis, quantumcumque hic ordo sumplerit paucis faculis incrementum. Plura hujus argumenti, & magis particularia reperies apud F. Franciscum Gonzagam, qui ex professo hac de re scripsit, nos breviter quadam ex eodem congestimus.

INITIA FRANCISCANORUM in Belgio.

Anno circiter Christi 1215. qui fuit octavus ante obitum B. Francisci, conceperunt Franciscani instituti fratres in Arctia, & Hamonia nominatim Atrebat, & Valentianis, magno cum fructu populi conversari. Fuerunt autem primum sex missi in hunc Belgicæ tractum, idque a B. Pacifico, primo Franciz L. B. Theat. vitæ Human. Tom. VI.

Ministro. Erant inter illos sacerdotes duo, & laici quatuor, quibus frater Guilielmus cæteris præerat, qui prudens, qui postmodum primus cultus fuit cultus S. Quintini, obituque in oppido S. Quintini an. 1237. ubi hodieque sepulchrum eius vifitur, juxta tumulum Caroli, cognomento Pii, Regis Galliz in collegiata S. Fursei Ecclesia.

Porro Franciscani, juxta muros Atrebatenses, primum habitarent in loco, qui dicebatur Mons Cappellæ. post annos circiter 1219. monasterium ipsius extrudum est, haud longè à loco jam nominato, dictumque, ac consecratum est templum in honorem S. Bartholomæi ad quod quidem monasterium fratres sese an. 1222. transferunt.

Quod attinet ad Valentianense monasterium, Franciscani primum habitarent extra muros utrisque Valentianæ, in Basilica S. Bartholomæi, & loco, qui vocatur, Drougon, quem quidem locum ipsi donavit Ferdinandus Flandriæ, & Hannoniz Comes, diplomate Parisiis an. 1225. Martio mense dato. Paulo post Joanna Ferdinandi conjux quoddam Romanæ misit ad Honorium Papam, & B. Franciscum adhuc superstitem: quorum quidem consensu impetrato, ex S. Bartholomæi Basilica fratres in urbem traduxit, ibique monasterium ipsi ædificavit, & templum an. 1233. dedicandum curavit.

Fuerunt itaque in primis initus duo Franciscanorum conventus apud Valentianæ. Nam usque ad an. Christ. 1241. vel secundum alios 1251. fratres eodem in dicto loco Drougon sedem, ac domicilium retinebant.

Daventriense Franciscanorum monasterium fundavit Eleonora Eduardi Angli Regis filia, & Reinardi I. Geldziæ Ducis uxor. Præfuit Reinardus ann. 17. & obiit 1343. ut Aquilius, & Tegnagelius tradunt.

Eadem & Eleonora fundavit Franciscanorum monasterium Harderevici, ut idem Aquilius refert. De Bruxellensi, Antuerpiensi, Lovaniensi, Silvaducensi, Gandensi, Brugensi, Iprensi, Duacensi, & aliis quam plurimis Franciscanorum per Belgicam cœnobis, conzueque originibus, vide Historiam Seraphicam Francisci Gonzagæ, Auberi. Miræus in orig. Monast.

ORDO CARMELITARUM. Sive FRATRUM B. VIRGINIS de Monte Carmelo.

ILLUS PRÆROGATIVE, ET ENCOMIA.

Ac primum ab antiquitate, & Institutionibus.

Agnoscit hic ordo religiosus primos suos institutores, & velut fundatores Eliam, & Helizæum Prophetas veteris Testamenti. Quos tanquam instituti monastici Principes, & auctores veterum plerique sentiunt. Siquidem plures discipulos, & sequaces eos habuisse, qui sub certa norma per eosdem tradita, locis ab hominum consortio remotis, vitam in castitate, austeritate, ac contemplatione rerum divinarum transigebant, vel ex facili literis non obscure colligitur, dum sub nomine filiorum, id est discipulorum Prophetarum, istiusmodi sacra congregatio non semel describitur, ut advertit Nic. Lyop. filla super lib. 4. Reg. c. 2. Ubi expressè scriptura testatur, Filios prophetarum mansisse in Bethel, & Jericho, cum Helizæus manserit in monte Carmeli, alii in Samaria, Galgalis, monte Ephraim: alii juxta Jordanem, ut variis Scripturæ testimoniis docetur, qui omnes, ut scribit Cassian. p. 2. coll. SS. PP. c. 2. Mozaicæ legis mandata superarunt, & semetipsos Deo obulerunt.

In lege autem gratæ Joannes Baptista venit in Spiritu, H & virtute Eliæ, & conversatus circa Jordanem in deserto, ut existimatur cum is, qui ibidem normam vivendi ab Elia observatam, ab Helizæo quoque traditam, sub nomine Prophetarum vivebant; Carmelitani instituti zelatores. Ita de hac re S. Bernardus ad fratres de monte Dei: Aniqua hereditas Ecclesiæ Dei est a tempore Prophetarum demonstrata, loquitur autem de monastici instituti. Jamque novæ gratæ sole exorto, in Joanne Bapt. instaurata, & renovata. Et Philip. Abbas Hieropol. super c. 1. Joannis; ubi dicitur, Miserunt Judæi ab Hierosolymis Sacerdotes, & Levitas ad Joannem Baptistam; addit ille, habitantem cum Carmelitis confratribus suis in Eremo prope fluenta Jordanis, ubi Carmelita filii Prophetarum manebant. Joannes verò XLIV. Patriarcha Hierosolym. asterit, ipsum Joannem omnes hos baptizasse: atque ex his fuisse illos, quos ad Christum ipse misit, qui cum rogarent: Tu es qui venturus es? &c. Sunt qui non improbabiler sentiunt, viros istos Religiosos, qui deleribuntur habitasse Hierosolymis, dum Spiritus S. in discipulos descendit. Ab or. cap. 2. ex horum collegio Bbbb 3 fuisse,

fuisse, & ab Apostolis mox baptizatos & instructos, eorumque
 A extrinsece coopulatores. Cujus rei testem habemus *Sofepbum*
Antiochenum in Spee. pers. militiæ Eccl. Primit. c. 12. 49-72. di-
 centem, sequaces sanctorum Prophetarum Eliaz, & Helizei, de
 monte Carmeli descendentes, per Galileam, Samariam & Pa-
 lestinam, fidem Christi constantissime sparsisse. Quin & *Ea-*
seb. Casariens. lib. 10. biff. Eccl. meminit germinis S. Eliaz, Apo-
 stolorum tempore iam pullulantis, & in Ecclesia plurimum
 utilitatis profertentis. Sic & Antiochiæ erant in Ecclesia, ait
Lucas. Act. lib. 13. Doctores, & Prophete, in quibus Barnabas,
 & Simon qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Ma-
 nahen, & Saulus. Denique ex horum contubernio fuisse creduntur
 Petri confanguineus, Nathanael germanus S. Philippi, & plu-
 res alii, quorum nomina sunt in libro vitæ. Apud Philonem
 quoque celebris fit mentio virorum spiritualium, qui supra
 quatuor millia numero Palestinam incolebant, ac Sanctorum
 nomen, æstimationemque obtinebant apud omnes passim. Igitur
 ut Elias religionem Carmeli inchoavit in lege veteri: sic
 in nova S. Joannes circa Jordanem, & B. Enoch quidam in
 B Carmelo, eam continuavit, aliique post se tradiderunt.

A patrocinio B. Virginis, & appellatione nominis.
 Agnoscit hic Ordo Patrem Eliam, matrem Deiparam ven-
 nerat. Unde & fratres B. Mariæ de Monte Carmelo passim
 indignantur, quicumque hujus ordinis instituto mancipan-
 tur. Persept F. Simonem Stoch Anglum Ordinis hujus Gene-
 ralem, virum singulari erga Deum & Deiparam devotione, &
 pietate, precibus à B. Virgine impetrasse scapulare, donum mi-
 raculorum, & quod Rom. Pontifices variis postmodum in-
 dultis cumularunt, ac illius usum omnibus Christi fidelibus
 commendari voluerunt. Erecta est in honorem scapularis
 Carmelitani Sodalitatis, multis gratis locupletata.
 Scribit autem *Joan. Hierosolymitanus* (cujus scripta extant
Tom. 9. Biblioth. SS. Patrum c. 36. 49. seq.) Monachos Carmeli-
 tas anno Incarnat. Dominicæ 83. adificasse primum Oratorii
 in honorem Deiparæ Virginis, in eoque laudes ipsius perfol-
 visse, atque ex hinc passim fratres S. Mariæ de Monte Carme-
 lo esse indigatos. Quin *Dionys. Cartbus.* quem sequitur *Be-*
rogenensis l. de ill. virginis, & Guil. Einsinger affirmant, ipsam
 C Virginem benedictam monasterium C. & L. monialium insti-
 tuisse, ejusdem curam habuisse. Cum enim nullum institutum
 monasterium viguerit præter illud, quod Elias profitebatur,
 non vana conjectura datur intelligi, etiam ipsam Virginem
 huic se dedicasse.

AB EJUSDEM ORDINIS PROPAGATIONE, ET DILATIONE.
Ubi de Provinciis ejusdem.

Constat ex superiori titulo de antiquitate hujus Ordinis,
 quomodo primæva sua fundamenta ad Eliam, & Helizeum
 referat, tandemque per filios eorum spirituales creverit instar
 lucis splendens, & ad perfectum diem paulatim deveniens.
 Siquidem ab Apostolis Christi Evangelium edocti illius se-
 ctatores, primordiis nascentis Ecclesie, supra illius candelabri
 etiam positi fuere, normamque ab Elia præscriptam, & à filiis
 Prophetarum tot sæculis observatam, strenuè sibi servandam
 existimarunt, adjectis illis, quæ lege Evangelica addenda cen-
 fuerunt viri sancti, & Apostolici. Itaque non aliam vivendi
 normam, quam veterem illam amplexi fuerunt primis cccc.
 annis. Quando Joannes XLIV. Episcopus Hierosolymitanus,
 D qui prius Abbas, sive Prior montis Carmeli Institutum vetus
 attemperavit, adjunctione summarii illorum, quæ S. Basilii
 suis discipulis servanda præscripserat. Sic ut velut certam Re-
 gulam compilaret, tum ex illa, quam Elias olim, cum ex altera
 quam S. Basilii tradiderat paulo ante. Sub cujus Regulæ præ-
 scriptis vixerunt Religiosi usque ad annum mxxxi. quan-
 do Græca institutio ad Latinos transiit, Aymerico Patriar-
 cha in illam rem sedulo incumbente.

Porro S. Ludovicus IX. Rex Galliarum, primus hunc Or-
 dinem ex Syria in Europam transtulit, excitato eidem Lugdu-
 ni monasterio.

Haud multum post Albertus Hierosolymorum Patriarcha
 ante Concilium Lateran. compendiosam ex norma Eliaz: ex
 libro Joannis 44. Patriarchæ, & Regula S. Basilii Regulam
 concepit, tradiditque Brocardo montis Carmeli Priori, fra-
 tribusque illius observandam. Et sub hac quidem manent us-
 que in presentem diem.

Porro Carmelitarum Religio in triginta duas Provincias
 multiplicata est. Quarum Prima est Palestinae.
 H. S. Alberti. XVIII. Germaniæ superioris.

- III. Angliæ.
- IV. Narbonæ.
- V. Romana.
- VI. Franciæ.
- VII. Germaniæ Inferioris.
- VIII. Lombardiæ.
- IX. Aquitaniæ.
- X. Castellæ.
- XI. Hyberniciæ.
- XII. Provençæ.
- XIII. Scotiæ.
- XIV. Tusciæ.
- XV. Venetæ.
- XVI. Tolosana.
- XVII. Cathaloniciæ.
- XIX. Vasconiciæ.
- XX. Turonensis.
- XXI. Saxoniciæ.
- XXII. Aragoniciæ.
- XXIII. Neapolitaniæ.
- XXIV. Lusitaniciæ.
- XXV. Romandioliæ.
- XXVI. Daciæ.
- XXVII. S. Angeli.
- XXVIII. Beticæ.
- XXIX. Bohemiciæ.
- XXX. Poloniciæ.
- XXXI. Apuliciæ.
- XXXII. Calabriæ.

ADIGNITATE, ET SANCTITATE CULTORUM.
Hic primum, qui ex hoc Ordine
 ROMANI PONTIFICES.

Ordo Carmelitarum dedit in Cathedra Apostolica Dionysium primum ejus nominis, qui martyrio coronatus fuit an.
 CCLX.

Etiam Telephorum ex eodem Ordine fuisse tradunt, qui
 etiam post paucos annos in Pontificatu transactos, mar-
 tyr Christi effectus est. Addunt alii Benedictum etiam
 martyrem.

PATRIARCHÆ, ET EPISCOPI.

- S. Albertus Patriarcha Hierosolymitanus.
- S. Cyrillus Patriarcha Alexandrinus.
- Joannes XLIV. Patriarcha Hierosolymitanus.
- Gerardus Patriarcha Antiochenus.
- Zacharias Patriarcha Hierosolymitanus.
- S. Andreas Apostolus ex Ordine perhibetur fuisse.
- S. Marcialis Apostolus, & Episcopus.
- S. Andreas de Corinthis Episcopus Fesolanus.
- Amphilochus Episcopus Constantinopolitanus.
- S. Enoch Episcopus Icomensis, cognomento Magnus.
- Didymus Episcopus Nicenus.
- Enoch Episcopus Nicopolitanus.
- Evodius Episcopus Antiochenus, & martyr.
- Fronto Episcopus Pictagoricensis.
- Fructuosus Episcopus Iarracensis, & martyr.
- S. Gregorius Nazianzenus.
- Helenus Episcopus Alexandrinus.
- S. Ignatius Episcopus.
- S. Joannes Chryostomus.
- S. Joannes Damascenus.
- Mileus Episcopus Antiochenus.
- Nathanael S. Petri germanus, Episcopus Bituricensis.
- Nonnus Episcopus Hierosolymitanus.
- S. Petrus Thomas Episcopus Pacesis, & martyr in Cypro.
- S. Saturninus I. Episcopus Tolosanus.
- Serapion Episcopus Antiochenus VIII.
- Spiridion Episcopus Cypri.

Plures alios hac dignitate præfulsisse non est dubium,
 quamvis illorum nomina ad manus meas non devenierint. Ce-
 lebriores dedimus, & opinione sanctitatis illustres.

MARTYRES UTRIVSQUE SEXUS.

Non hic eos recensere, qui ante Legem Eva-
 ngelicam quando hunc Ordinem institutum, saltem quoad
 prima quædam illius fundamenta supra diximus, pro fi-
 de sanguinem suum fuderunt, & ab improbis homini-
 bus dira perpeffi, de quibus Apostolus, circueiunt in
 melotis, in pellicibus capris: sed i sunt, lapidati sunt,
 in occasione gladii mortui sunt, &c. quos hujus Insti-
 tuti Eliani sectatores extitisse satis probabiliter colligitur:
 Sed perloque eorum, qui statim post Christi adven-
 tum, illius fidem & doctrinam, etiam proprii sangui-
 nis profusione apud infideles confirmarunt.

- S. Joannes Baptista.
- S. Andreas Apostolus.
- S. Marcialis.
- Pelagia virgo, & martyr Antiochena.
- Afra virgo, martyrium subit Augustæ anno CCL.
- S. Anastasius cum LXX. aliis, à Cosroa Perfarum Tyranno
 capite plexus.
- B. Angelus Hierosolymitanus.
- B. Benedictus Papa, & martyr.
- S. Cyrilla virgo filia Decii.
- B. Dionysius Papa.
- S. Domitilla neptis Domitiani Imperatoris.

S. Eu-

- S. Eustrofia.
- A S. Eugenia virgo.
- S. Eusebius.
- B. Eutropius Episcopus.
- S. Fructuosus Episcopus.
- B. Gerardus Patriarcha.
- B. Helenus Episcopus.
- Hilaria vidua.
- B. Ludovicus Ravida.
- B. Petrus Thomas Episcopus, & Bononiensis Academiæ
 fundator.
- SS. Protus & Jacynthus.
- Simplicianus Italus.
- S. Telephorus Pontifex.
- S. Theodora virgo.

CONFESSORES.

- Adolus Tharcentis.
- Alanus.
- S. Albertus Drepanita.
- Andreas de Corinis.
- S. Antonius Magnus.
- B. Avertanus Gallus.
- S. Basilus.
- S. Bertholdus primus generalis Latinorum.
- S. Brocardus Hierosolymitanus, prioris successore.
- S. Cyrillus Patriarcha Alexand.
- S. Cyrillus, qui fuit III. Prior generalis Latinor.
- S. Enoch Episcopus, & discipulus Domini ex LXXXII.
- S. Epiphanius.
- S. Eusebius.
- Euticius, Prior Montis Carmeli.
- Francus de Senis.
- Fronto Episcopus, qui B. Martham existimatur se-
 pelvisse.
- S. Hieronymus à nonnullis hujus instituti fuisse per-
 hibetur.
- S. Hilarion.
- S. Ignatius Episcopus.
- S. Joannes Chryostomus Episcopus.
- Joannes Patriarcha Hierosolym.
- Judas, & Mamenius, dono prophetiæ insignes.

- C S. Nathaniel Episcopus.
- Onofrius Confessor.
- S. Paulus primus Eremita. Ac reliquorum Eremitarum,
 bona pars ex hoc ordine fuisse putatur à plerisque.
 Philippus Confessor.
- B. Romæus Italus, cujus reliquiæ Lucæ in veneratione, &
 cultu.
- S. Sabba Abbas in monte Sina.
- S. Saturninus Episcopus.
- Scariatus Abbas, & Propheta.
- S. Serapion Episcopus.
- S. Spiridion Episcopus.
- S. Simon Anglicus, qui & Stoch, cui B. Virgo Deipara
 dedit scapulare.
- Theodoricus Alemannus.
- Zozimas.

SANCTE VIRGINES.

Præter illas, quas supra Cathalogo Martyrum in-
 D seruius.
 Angela filia Regis Bohemiæ.
 Anna Tolosana.
 S. Eustrofia.
 Eustochium. Putatur illa, ad quam scripsit S. Hieronymus.
 Joanna, & Anna sorores Tolosana.
 S. Maria Magdalena, & Martha sorores.
 Martrona virgo.
 Melania vidua.
 Nonna Abbatissa.
 S. Paula Romana.
 S. Pelagia penitens in monte Oliveti.
 Sara Abbatissa.
 S. Sineclitice Abbatissa. Cujus meminit S. Hieronymus.
 S. Theresia: Quæ & Magnentia Virgo Romana.
 S. Theresia à Jesu, Ordinis hujus reformatrix, Divorum
 catalogo nuper adscripta.

Plures hujus Ordinis sanctos requirit Lector apud *Vin-*
cent. in Speculo bistorial. lib. 21. c. 51. Et scripsit Italico idioma-
 se horum Carmelitanum P. *Egidius Leoidelicus* in libris
L. B. Theat. vii. Human. Tom. VI.

duobus. Item Antiquitatem, & sanctimoniam Eremitarum
 montis Carmeli, complexus est *Joannes ab Ouderbaer.* Ex-
 tantque varia ejusdem Ordinis Chronica.

SCRIPTORES ILLUSTRIORES.

Præter notissimos, & sanctissimos Ecclesiæ Doctores, quorum
 plerique Carmelitana militæ nomen dederunt, plures
 in super sunt, qui scriptis suis Ecclesiam, suumque Ordinem il-
 lustrarunt. Quorum elaboratam seriem post Trithemium, &
 P. Lucium, nuper evulgavit integro Commentario *Thomas*
à Jesu, Provincialis Excalceatorum in Belgio.

* CARMELITANI INSTITUTI REFORMATIO
 A B. THERESIA FACTA
 Anno M. D. LXII.

Diximus paulo ante, Aimericum Lemovicensem, Patriar-
 cham Antiochenum, qui Apostolicæ Sedis in Oriente legatus
 erat, multum laborasse, ut Carmeli incolæ Græcia ad Lati-
 nos transferret: Item Albertum Hierosolymorum Patriarcham
 iisdem regulam certam didicisse. Cæterum posteritas à calore
 primo, ut fieri solet, paulatim deseruit, & excurfu temporis ab
 Innocentio IV. Pont. Max. mitigationem impetravit Anno
 1248. Nec tamen (quæ hominum imbecillitas est) postea con-
 quievit, sed post exactos annos paulo minus ducentos ab Eu-
 genio IV. regulam rursus leniti curavit 1431. quæ usque ad
 novissimam reformationem à B. Theresia ceceptam prolata est.
 Anno igitur millesimo quingentesimo sexagesimo secundo
 sanctissima virgo Theresia regulam Alberti ab Innocentio
 modicè temperatam, & sub ipso temperamento pro primitiva
 habitam, tam cupidè amplexata est, ut primævam illam obser-
 vationem, quæ Innocentii mitigationem antecessit, si non su-
 peravit, certè aequavit, & ad sui amulationem duos primæ
 Patres & sanctitate, & doctrina conspicuos, atque alios dein-
 de innumerabiles, deposita Eugenii mitigatione, pertraxerit.
 Cæterum reformata hæc Congregatio plurimos utriusque se-
 xus homines, vitæ, morumque sanctitate illustres, orbi dedit.
 Ducem suam B. Theresiam æmulata est in primis B. Chatarina
 de Cardona, è stirpe Cardonenfium in Hispania Ducum pro-
 gnata, quæ multis miraculis, sacrifque visionibus clara, anno
 1577. vivere desuit. Beata item Catharina à Christo, cujus an-
 no 1598. defuncta, & Pompelone in regno Navarræ sepulta
 vita scriptis Leonora à Misericordia, illius sodalis: insu-
 per Beatrix ab Incarnatione, monialis Vallisoletanæ; Ca-
 tharina à Jesu, monasticen in oppido Veas provinciæ Bæticæ
 professæ, & aliæ plurimæ suo loco à nobis celebrandæ. Vi-
 ros inter agmen ducat B. Joannes à Cruce, patria Methim-
 nensis, qui demonibus, ut alter avi nostri Basilus, formi-
 dolosus semper extitit. Hunc sequantur P. Augustinus à Re-
 gibus, Astigienfis, Hispanus; P. Franciscus, cognomento Indi-
 gnus, qui in Congenti Æthiopiæ regno quàm plurimos
 Christi castri adscripsit; F. Franciscus à puero Jesu cogno-
 miento Ruticus laicus quidem, ut loquuntur, sed ob miram
 sanctitatis opinionem à Clemente VIII. Pont. Max. & à Phi-
 lippo II. Rege Catholico; ejusque filio Philippo III. in veneratione
 habitus; F. Benedictus à Jesu, & B. Virgine, Cathala-
 nus, Pastranæ conditus; P. Petrus à Matre Dei, Darocensis,
 Hispanus, primus Italice Congregationis Præpositus Genera-
 lis: qui Clementi VIII. Leoni XI. & Paulo V. summis ex Or-
 dine Pontificibus à sacris fuit concionibus, quoque vix aliquis
 Romæ sanctior eo tempore reperiri posse credebatur, ut Ba-
 ronius Annalium tomo xii. in rebus gestis anni 1587. prædicat.
 Item P. Franciscus à SS. Sacramento, Hispanus, Neapolin
 Italia an. 1909. defunctus; P. Jacobus Mediolanenfis, Italus;
 F. Andreas Burgenfis, laicus; P. Antonius à Cruce, Daro-
 centis; F. Didacus à Jesu, cognomento Silentarius, Segobien-
 sis; & F. Bartholomæus laicus, qui in Navarræ oppido Vede-
 la anno 1606. diem clausit extremum. Omitto P. Antonium
 à Jesu, qui primus novæ huic reformationi præfuit; P. Nico-
 latum à Jesu Maria Genuensem, totius Ordinis Generalem;
 P. Gregorium Nazianzenum; P. Marianum à S. Benedicto,
 Italum; P. Joannem Baptistam; P. Dominicum à Præ-
 fentatione; P. Joannem à Jesu Maria Pastranensem, omnes
 instituti ejusdem Provinciales; P. Joannem à Simone,
 Cantabrum; P. Emanuelem à Matre Dei, Bratienfem;
 F. D. dacum à Jesu, coquam Vallisoletanum, alioque
 innumerabiles.

Europa diffusæ sunt insuper duæ Carmelitarum Refor-
 matorum, quos Discalceatos nuncupant, Congregatio-
 nes,

Bbbb 4